

MANUSCRIPTA  
INSTITUTI OSSOLINIANI

I. 622



XXI



3  
N<sup>o</sup> Inv. 622

XXI.

~~copy~~

Liber Sanctissimæ Sacramentorum



9

Win

Q. D. D. D.

Geometria

Geometria

Mariae uictricis Beatae parno magdalanae

Q. Lambertus

semra fecit dat. ...  
a ...  
do ...  
Laudibus ...

Quod ...


Maria ...

...

...

...







+

Anno 622

/

DE CONFIRMATIONE  
Constitutionum Synodaliū  
S. Metropolitanæ Gnesnē Ecclæ  
quæ in quatuor libris.

*Studio & Opera.*

Ill<sup>mi</sup> & Rnd<sup>mi</sup> olim in Christo Patris & Domi-  
ni D. Stanislai Karnkowski tunc Epi Vla-  
dilauien. & Pomeraniæ collectæ fu-  
erunt.

TRACTATVS  
Cum resolutionibus certorū dubiorum  
quæ in eisdem Statutis conti-  
neri asseruntur.

*Anno Domini 1617.*  
kalend. Martij.

622





DE CONSERVATIONE

et

...

...

...

...

...

...

...


...

...

...

...

...



022



2.

ILLVSTRISSIMO, ET  
Reuerendissimo Domino, D. Laure-  
tio Gembicki, Archiepiscopo Gne-  
snen, Legato Nato, Regni Polo-  
niæ Primate & Primo  
PRINCIPI.



*P*ericulosam, in causis & negotijs Ecclæcijs,  
de Constitutionum Synodalium Prouinciæ Gne-  
snen auctoritate, oriri dubitationem, magisq; in  
dies augeri: in ore est iam omni populo Ill<sup>me</sup> & Re-  
uerendissime Princeps Quam quidem populus non  
contemnit: sed curat & sollicitus est uehementer;  
sentiens causarum suarum patronos ab audientia  
(ut vocamus) repelli. Quia & iura comunia, repellunt  
eos, qui actionum exceptionumq; suarum in statu-  
tis dubijs iaciunt fundamenta. Ego vero, qui inter  
Iurisconsultos (licet minimus sim) nomen profiteor  
meum, cum sæpius de ea re interrogabar, responde-  
remq; facti magis quam iuris questionem esse, eò quòd

dubi-



dubitetur, an confirmationes Apostolica Sedis, statu-  
tis nostris Prouincialibus robur addiderint: [Siqui-  
dem explorati iuris est, laudari quidem eos, qui Dia-  
cesanas Synodos S. Aplice Sedi confirmandas offe-  
runt; sed Prouinciales promulgari & publicari nõ  
posse, inconsulto Romano Pontifice] ac præterea dice-  
rem, tametsi ob diuturnam <sup>obseruantiam</sup> præsumitur confirma-  
tio constitutionis, vt supremum totius orbis Rota  
Romana Tribunal decidit; posse nihilominus eui-  
denter probari, nostras Constitutiones Speciatim Põ-  
tificum Romanorum auctoritatibus confirmatas  
esse: Statim plurium Pontificum decreta allegauit,  
& generalitèr asseruit: Omnes & singulas Synodos, esse  
legittimè approbatas, ita vt nihil sit iam dubitatio-  
nibus huiusmodi relictum loci: His ita explicatis  
vebementius familiares mei rogare, atq; etiam in-  
stare occipiunt, vt hæc alijs communicarem: quibus  
ego respondi, rem difficilem esse, & plenam inuidi-  
a & timoris, maxime cum hæc prouincia delegata  
sit à Synodo maximis & Canonum legumq; Scien-



tia eminentissimis Viris (ut notum est) mihi nō  
 licere privato; ne illud audiam. Culpa est, imisce  
 re se rei ad se non pertinenti. Sed replicantibus illis.  
 Non ita olim, ut nunc, pendente hac commissione o-  
 mnia innouari; aliaq; id genus plurima afferenti-  
 bus: fatigatus tandem & victus precibus strin-  
 xi calamus, & hunc ex tempore alijs quibus disse-  
 ror occupatus forensibus negotijs, libellum concin-  
 nauit: in quo prima saltem delineamenta, operis po-  
 stea maioris conficiendi si hac placuerint feci; co-  
 tentus interim in hoc opusculo tempora annorum  
 distinguere: et Synodorum materias sub varijs ti-  
 tulis [instar Decretalium] à compositoribus di-  
 stractas (id quod difficultatem istam peperit) su-  
 is Synodis, in quibus definita sunt; reddere; de-  
 niq; omnium fere Constitutionum sententijs ea  
 verba addere [Non repugnat Concilio Tridentino] ut  
 primo aspectu, intuentibus purificatum esse modū  
 ultimum Confirmationi à sal. rec. Gregorio XIII Pont.  
 Max. adiectum, constare possit. Nam singulis Sy-

noda-



nodalibus decretis annotare concordantia Iura Ca-  
nonica; Et temporis plus ea res, Et non parum labo-  
ris propè suo iure exposcere uidetur. Tua uero Am-  
plitudini Ill<sup>ma</sup> q<sup>ue</sup> int<sup>er</sup> seculares huius Regni, Et  
inter Eccl<sup>es</sup>iacos Principes Et Senatores, es Primas  
ac Primus Princeps, Et Summi Pontificis Legatus  
Natus in hac Prouincia, Et dici Et esse (ut etiam nūc  
fit) debes; hoc opusculum dedicare placuit, ut qui  
iura Regni politica Et Synodalia tueris, etiam  
authorem, qui iustis de causis nomen nunc suppri-  
mit suum, contra quoruūis potentiam Et autho-  
ritatem tuearis. Deus Opt<sup>imus</sup> Maximus Illustris-  
simam Amplitudinem Uram quàm diutissi-  
me, Prouincia huic Et Regno seruet incolumem.



**S**ynodaliū Constitutionum  
Prouinciæ Gnesnē, maximè quarum Confir-  
matio negatur, declaratio, et certarum  
quæ contra easdem obyciuntur  
dubitationū solutio.

*N*on oportuit quidem, de confirmatione Statutorum  
Prouincialium Metropolitanae Ecclesie Gnesnē, tam  
ueterum quam recentium, usq; ad annum Dni 1577.  
quempiam dubitare: nec quisquam fuit usq; adhuc, qui  
moueret sane Confirmationum toti Prouinciæ Gnesnē  
questionem. Quia (ut Wp. l. 2. De Cons. Principum ait)  
in rebus nouis constituendis, euidens esse utilitas debet,  
ut recedatur ab eo iure quod diu æquum uisum est. Et  
quia (ut ait Paulus A. in l. 23. De legib.) minimè sūt  
mutanda quæ interpretationem certam semper habue-  
runt: quia tamen eo res deuenit, ut non solum de eis  
dubitetur, uerum etiam uitis nr̄is uertitur, quod in

princi-



principis Statutorum Provincialium inserta sint  
Sua Pontificis Maximi ad Serenissimum quondam  
Stephanum Poloniae Regem primum; et ad executores  
Statutorum à sede Aplica delegatos, quasi sint posita  
in principis ea de causa; ut omnia Statuta in quatuor  
libris comprehensa, non autem solus liber quintus [Syn-  
nodum anni 1577 continens] confirmata esse uidean-  
tur; non potui egomet mihi imperare, quin post alios lon-  
ge eruditissimos uiros paucula haec annotarem, ne proce-  
sus ociosus esse inueniar; dum alij pro patriae Synoda-  
libus Constitutionibus et Eporum honore, non quidem  
manibus, sed rationibus ex Vroq; iure de promptis pu-  
gnare; spartamq; suam ornare non desistunt. Quis  
enim bonus Cuius a quis auribus audiat, eos, qui publice  
in oculis omnium Eporum asserunt has Pontificis  
Maximi fasces Gregorij XIII in fronte Statutorum Pro-  
uincialium ideo positas esse, ut Synodorum Provincialium  
libri quatuor à Gregorio XIII Pontifice Maximo



approbati esse existimantur, cum tamen solus quintus  
 Liber sit approbatus; qui publice (quasi re bene perspe-  
 cta) aiunt; Statuta Provincialia Provinciae Inocen-  
 in iudicijs allegari non posse, quod a sede Aplica non  
 sint examinata; qui contendunt plurima Statutis inces-  
 se iuri Canonico, Pontificijs Ordinationibus, Concilio Tri-  
 dentino, aduersa et repugnantia; qui huius Regni Ec-  
 clesijs, indulta, priuilegia, gratias, aliq; beneficia Re-  
 gum Poloniae pietissimorum deq; tota Repub. Chria-  
 na optimè meritorum instantiam a summ. Pont. li-  
 berali concessa impugnant, et referunt in Urbem, in seips  
 et inconsultis illis, quorum sciuisse prius ante relati-  
 onem interfuit; qui deniq; omnia in Iure Canonico, praes-  
 sertim autem in Concilio Tridentino scripta, in excu-  
 sationem deducere summa ui et conatu maximo nitun-  
 tur, non considerantes certa capita Concilij Triden-  
 tianisq; communis decisiones, Ecclesijs huius Regni acco-



modari non posse. De quibus omnibus simplicissime  
enarrare cupiens probare uob. In primis. Statuta  
omnia seu Constitutiones Synodorum Metropolitanae  
Eclie Inesnoni aut Sc. Aplice confirmata esse. 2. Epitam  
seu hias Pontificis Max<sup>mi</sup> Gregorij xiii ad secretissi-  
mum quondam Stephanum Poloniae Regem optimo  
consilio et bona fide in ipso Statutorum Provincia-  
lium limine positam esse. 3. Constitutiones Syno-  
dalis eas in iudicijs Ecclesiasticis anteponendas esse  
decisionibus Iuris communis Canonici. 4. Nihil in  
eisdem statutis contineri quod ex diametro dissen-  
taneum sit à Canonibus, ab Ordinationibus Ponti-  
ficis, à Concilio Tridentini decretis. 5. Indulgentia et  
privilegia quae oppugnantur Ecclesijs in hoc Regno  
data conservanda esse nec unquam factenus reuo-  
cata esse. 6. Consuetudines certas Regni, rationi  
honestati et Ecclesiarum utilitati consonas esse, easq.



conseruari oportere. De promulgatione decreti  
 contra matrimonia clandestina. Itaque totam hanc  
 Synodalem Constitutionum materiam, quatuor libris  
 Synodalibus conclusam, à Sum Pontificibus confirmatam,  
 diuidere necessarium est, ut alias Constitutiones uo-  
 comus antiquas, alias nouas, alias nouissimas.  
 Sic enī distinguitur libro quinto Prou<sup>incialis</sup> cap. quarto

Articulus primus, vst. an Statuta Synodalia nra, sint  
 confirmata; tractandus est secundum ordinem Sy-  
 nodorum, ut constitutiones sub diuersis titulis, ad  
 instar Decretalium redactæ ac distractæ; reducā-  
 tur et reponantur ad Synodos suas tanquam ad pro-  
 pria receptacula seu domicilia, ex quibus desumptæ  
 sunt. Hæc enī prima fuit erroris occasio: Quia quæ fue-  
 rint antiquæ; quæ nouæ; quæ nouissimæ; ignorabat  
 contradictor.

Antiquas Constitutiones Statutum Prouinciale

uocat



uocat quæ faciunt constituta in Synodo, presidente  
Ill<sup>mo</sup> olim D. Nicolao Archiep. Probat. titulus fol. 1. b.  
qui talis est. Ex antiquis Nicolai Archiepi. Fuit  
is Nicolaus Traba qui primus in Concilio Constan-  
tione uocatus est Soc. titub. Prima Regni Polonia.  
Anno Domini 1416 scripsit Bielcius iunior in suis  
annalibus. Huius Synodi constitutiones approba-  
uit speciatim fol. 200. Ioannes xxij. dictus xxij. cu-  
ius Pontus ultimus annus incidere in Annum  
Dni 1416. ut constat ex collectionibus Ant. Augustini  
Taracouensis Archiepi. Quod ita sit, facit fidem  
Synodus Petricouien. celebrata Anno Dni 1589.  
sub Sixto Pont. Max. et reperitur in Archivis  
Archiepali Inanen.

Antiquas item Constitutiones uocamus, quæ sub  
Martino V. celebratae fuerunt, ab anno Dni 1417  
quæ assumptus fuit ad Pontificatum idem Mar-



tinus in dictis V. ut constat ex collectionibus Ant.  
 Augustini Taraconen Archiepi supradictis usq ad an-  
 num primum Leonis X<sup>mi</sup> facti re Pont Maximi qui in  
 Concilio Lateranen ad instam Joannis a Sasko Archiepi  
 Gnesnen a Rege et Regno Oratoris destinati, confir-  
 mauit Synodos a diuersis Archiepis Periconia et Lan-  
 cicia per totos 96 annos diuensis tamen temporibus ce-  
 lebratas. Extant confirmationis uerba. Tenore prae-  
 dictum confirmamus et approbamus ac perpetuo et in-  
 uiolabile obseruari uolumus, nonnulla Statuta et ordi-  
 nationes dicti Regni de Accen quatuor galia Sta-  
 tuta Prouincialia nuncupata et facta in Prouin-  
 ciali Synodo Gnesnen dumodo alias iustitia et ho-  
 nestasint. Supplentes de Decernentes Statutis  
 et ordinationibus de derogari non possit de Ac quo-  
 ties forsan de in aliquo derogari contigerit toties eo  
 ipsa omnia et singula iterum statuta de irrita cen-  
 scantur Datum Anno de 1513. Et quia dictis ista

Dum-



[Quomodo aliās] in dispositione confirmationis, non significat conditionem. Quia nec incertum continet, nec futurum respicit euentum, sed significat modum. Quia loquitur Pontifex de factis iam et perfectis Synodis Provincialibus, non de futuris; singula antiquarum Synodorum Provincialium decreta, necesse est breuissime colligere, ut constet de modo. Hoc est quod singula Statutorum Provincialium antiquorum capita summa sint et sonora. Alioquin non ualere, ut potest, contra formam Confirmationis lata. Quia modus iste importat formam, ut habetur in Decis Rotae coram Illmo D. Car. li. Scraphino in decis. 349. cum allegatis. Hactenus de Constitutionum antiquarum confirmatione, sequitur ut probemus. Constitutiones nouas confirmatas esse à sede Aplica.

Nouas Constitutiones uocat Synodus, Anni 1577. illas omnes Synodorum Constitutiones quae inter annum D. 1513 et annum Dni. 1557. sunt diuersis annis à diuersis Archiepiscopis celebratae. Incipit nouas Ioannes à Lasco. Archiepiscopus Inuenen qui Legati nati primus titu-

lum



lum impetrauit. Probat in scriptis Statuti fol. i. b. ibi  
 Ex nouis Ioan de Lasko. Confirmauit omnes dilige  
 tissime examinatas per Aloysium Lippomanum Epum  
 Veronen Nuntium in Soc. Regni suum, Paulus iii Pont  
 Max. Quod ita sit, probatur ex Constitutionibus Syno  
 dalibus fol 32 his uerbis. Præterea cum Sancta Synodus  
 diligenter secum expendere, Statuta et Constitutiones  
 Synodales ueteres et nouas (quibus Prouincia Inesnen  
 recte ad omnem Ecclesiam in ordinem retinendum ac  
 unumquonq in suo iure conseruandum gubernari possit)  
 laudabiliter et utiliter esse ordinatas: quæ etiam per  
 Patrem et Dominum D. Aloysium Lippomanum  
 Epum Veronen et Pauli iv. Pont Max ad Regnum Po  
 lonia tunc Nuntium anno superiori in Synodo Loui  
 cien cum diligenti calculo aut Sc. Aptica extant col  
 laudata atq approbata. Illas igit tanquam Istitutas  
 et Canonicas, in omnibus et singulis illarum Capitu  
 lis et clausulis præsens Synodus acceptandas duxit,  
 præsentig decreto Synodali acceptas et approbat ac

ad



- » ad executionem illarum Rnl<sup>ms</sup> Archiepōs et Epōs.
- » arctatos esse nult, et arctat sub pœna iam dudum in
- » Synodis superioribus descripta. Hæc ibi.

Hanc ipsam confirmationem ueram et acceptatam fuisse, recognouit Synodus Prouincialis anno Dñi 1589 Petri-  
 conia celebrata, quæ licet nõ sit recepta quæ ad quædam  
 decreta post Synodum sine scitu Epōrum, libro Synodali  
 inserta: narrationi tamen hystorica credendum est,  
 quam etiam Synodus recognouit. Nam hæc ad dispo-  
 sitionem non pertinet, siquidem aliunde constat succ̃  
 meridiana clarius, ita ut Synodus narret fuisse et non  
 ali nec alio modo. Hæc Rnl<sup>mi</sup> olim D. Aloysij Lypsonia-  
 ni Aplici tunc ad Regnum Polonicæ Nuntij confirma-  
 tio simplex fuit, sine ulla modi appositione: idem per ean-  
 dem formam Confirmationis, modus ille à Leone X<sup>mo</sup>  
 Pont. Max confirmationi Statutorum appositus, iustifi-  
 catus fuit: ut iam nulli dubitare liceat An Constitu-  
 tiones illæ antiquæ sint legitime et honestæ. Quia  
 in Statuto Dzienhouians dicitur: Constitutiones Synoda-



les veteres et nouas cum diligenti calculo. Aplica hoc  
 est Pauli 17. Pont. Maximi (qui Alojzium in Polonia  
 cum potestate hac miserat) auctoritate, extitisse  
 collaudatas atq. approbatas. Unde infero ex Bulla Leo-  
 nis Xiii Constitutionibus antiquis derogari non posse,  
 et si derogatum fuerit, id omne irritum esse et inane.  
 Post Alojzj Syppomani huiusmodi confirmationem fuit  
 Synodus celebrata anno Dni 1561. presidente Ill<sup>mo</sup> olim  
 Dno Ioanne Berembki de qua est in statutis Pro-  
 uincialibus lib 4. De Scholis. à fol. 113. De cuius con-  
 firmatione max. dicemus. Dicitur est de Confirmatione  
 Constitutionum nouarum sequitur de Nouissimis, et  
 earum confirmatione, quarum prima fuit Anno 1577.  
 altera Anno Dni 1589 die 2. Octobris; ultima anno D. 1607.  
 Prima Synodus a Gregorio xiii Pont. Max. confirmata ex  
 Nouissimis cap 4. confirmat omnes precedentes uet. an-  
 tiquas et nouas usq. ad annum millesimum quingentesi-  
 mum sexagesimum primum, sed restringit confirma-  
 tionem antiquarum et nouarum, approbando illas consti-



tutiones Synodales, quæ sint consentaneæ, et nullo modo  
repugnent sacrosancti concilij Tridentini decretis Et me-  
rito quidem. Nam nec Legislatores nec Deus ipse potest  
actum repugnantem in esse producere. Ita dicit Ange.  
in cons. 187. Hic punctus prima fronte circa si allegans.  
l. 78. D. De Reg. iur. Et hoc ipsum de repugnantia et con-  
trarietate libelli tradit Alex. cons. 121. Viso processu lib  
1. et Ang. in cons. 36. Pro decisione quæstorum col. 2. et  
Paul. De Cast. cons. 393. Vis quodam libello secundum  
primam formam Dec. in l. Vbi repugnantia De reg. iur.  
Facit l. Si Titius. 16. D. De cond. inst. l. Si is qui ducenta  
13. §. Utum ita l. Si quis de pluribus 27. D. De reb. dub.  
l. Scriptura 14. De fid. instrum. Sed an sit talis repu-  
gnantia inter decreta Synodalia et Concilij Tridentini,  
ius loco uidebimus infra in specialibus casibus.

Secunda Synodus ex Nouissimis, fuit celebrata anno D.  
1589 die 2 Octobr. Petricouia. Hæc eadem fuit confi-  
mata à fal. rec. Sixto V. Pont. Max. Sed ex certis  
causis postea recepta non fuit, protestante contra editio-



nam Pragensem istius Synodi Ill<sup>mo</sup> olim D<sup>no</sup> Hieronimo  
 Rozazewski Ep<sup>o</sup> Vladislauic<sup>o</sup>, et alijs Ep<sup>is</sup> eidem  
 adherentibus. Sed, an propter inutiles materias sy-  
 nodalibus decretis insertas, utiles materiae et confirma-  
 ta, fuerant sintue rejicienda, uideant illi, quibus hoc  
 iudicium competit.

Tertia et ultima Synodus fuit celebrata a Petricouia Anno  
 D. 1607. Hanc Paulus V felicissime modernus confirma-  
 uit, prout constat ex Breui. Ap<sup>osto</sup>lico de data 4 Nonas  
 Octobr<sup>is</sup> MDCVIII.

Jam ex his satis euidenter constat; Synodos Prouinciales  
 Regni Poloniae aut se confirmatas esse.

---

Quod materiae Synodorum Prouinciali-  
 um aut se Ioannis xxij, Martini V,  
 et Leonis X<sup>mi</sup> Pontificum, confirmatae  
 sint Itrae et Sonesta, et Tridentinis  
 Concilijs consentanea.

Decreta Synodorum a sup<sup>er</sup> Pontificibus confirma-  
 tum



rum posita sunt in quatuor libris Constitutionum  
sub titulis istis. 1. Ex antiquis

2. Ex Petricouicensi prima.

3. Ex Petricouicensi secunda.

4. Ex Petricouiceni tertia.

5. Ex Petricouiceni quarta.

It sub titulis. Ex Lanciciceni prima

Ex Lanciciceni secunda.

Probatum.

Quia constitutiones alia Petricouiceni et Lanciciceni  
quoties nominantur; semper eis annus apponitur, et  
nomen Archiepi presidentis. Ergo necessario intelligen-  
dum est, de his quae sub xxij Joanne et Martino V.  
et post eorum tempora sunt celebratae, maxime quia  
ab his Petricouicensibus additur annus et presidentis.

De Constitutionibus istis omnibus hoc generale sit  
axioma. Constitutiones Synodales antiquae, et  
in quatuor Petricouicensibus et duabus Lanciciceni com-

presiden-



predecessor, nullo modo repugnant Concilij Tridentini  
 decretis. Sed quia huius propositionis ueritas, non potest  
 nisi ex particularibus Constitutionum Synodaliu[m] pro-  
 bari. opera precium est, ut singula singulariu[m] Constitu-  
 tionum puncta attingantur cum simplici assertione,  
 his uel similibus uerbis. Non repugnat seu non aduer-  
 satur decretis Concilij Tridentini. Reseruatis tamen  
 et concordantiu[m] cum statutis Canonu[m] allegationibus;  
 et responsionibus ad oppositiones, quae tamen breuitem-  
 poris spatij quamuis in promptu sint, annotari non  
 potuerunt.

De prima Synodo Petricouien[si]  
 Prima Synodi Petricouiensis fit mentio fol. 6, 6.  
 De Accolytis non ordinandis, nisi tunc ad Sa-  
 ces Ordines statim promoueri, uel eis beneficia  
 Ecclesiac conferri debent. Non aduersatur Con-  
 cilio Tridentino; nec iuri Comuni. Ad maiores  
 Ordines non esse admittendos, nisi in Catechra-  
 tis



- libus sent per annu integnum cantui et officijs  
diuinis incumbendo sub testimonio Officialis loci  
ad Ordinarium: et de Dimissionis passim non con-  
cedendis. Item de examine in etate moribus  
et scientia &c. De muneribus non recipiendis  
sub pena dupli. Non est aduersum Concilium Tridentinum
- 2 De eadem prima Petricouensi Synodo est fol. 186  
De Visitatione triennali. De procuratoris excemu.  
De testibus Synodalibus. De uisitantium Archi-  
diaconorum post peractam uisitionem erratis in-  
quirendis.
- 3 De ead<sup>a</sup> Petri Synodo est folio 51. b. Contra  
ebriosos qui bibunt pro salute alicuius et indu-  
cunt ad bibendum. De lectionibus circa men-  
sam Episcopum et de panis in tabernis bibentium  
Non aduersatur Concilio Tridentino nec Tru.
- 4 Item de ead<sup>e</sup> est fol. 136. a. De crimine falsi, et  
pena speciali ultra ius comune falsariorum,

Non



- Non aduersatur Concilio Tridentino nec An.  
 5 De eadem est folio 151 a. in cap. Excommunicatos;  
 cap. In comuni; De non concedendis absolutioni-  
 bus, nisi parte uitata, et contra participantes non  
 esse fulminandam excommunicationem; et decla-  
 ratur excommunicatio propter iniunctionem manuum  
 in Clericum. Non aduersatur Concilio Tridentino.  
 6 De eadem p<sup>a</sup> Synodo est folio 157. in cap. Item  
 ut Statutum Cap<sup>o</sup> Item ut excommunicati De in-  
 uocatione brachij Regalis contra insordescentes,  
 et de non admittenda appellatione ab appellationi-  
 bus Capitaneorum in executione. De fugienda  
 excommunicatorum conuersatione in iudicijs, mensa,  
 et consilijs. Non aduersatur Concilio Tridentino.  
 7 De eadem est folio 158. De libertate Clericorum  
 contra iniuriantes. Non aduersatur Concilio Tridentino.  
 Hac est summa prima Synodi Petricorum.



Sequitur de quarta Petricouien.

- 1 Quarta Synodi Petricouien fit mentis fol. 6  
cap. Si saeculares; cap. Obligaciones; cap. Restunc  
In quibus agr. De censuris contra saeculares qui  
citant Clericos ad forum saeculare pro re laticana  
De obligationibus saecularium personarum in foro  
Eclacico admittendis De inhibitionibus fori sa  
cularis in foro spualis non admittendis Non ad  
uersatur Concilio Tridentino
- 2 Eiusdem quarta Synodi Petricouien fit mentis  
fol. 52. a. De ludis in contemptum Cleri prohiben  
dis. Non aduersatur Concilio Tridentino.
- 3 Eiusdem fit mentis fol. 68 b. De alienatione  
latican. patenarum, et pena contra alienantes.  
Non aduersatur Concilio Tridentino.
- 4 Eiusdem fit mentis fol. 73 b. De solonorum testa  
mentis. Non aduersatur Concilio Tridentino.
- 5 Eiusdem fit mentis fol. 79 cap. Colono. cap. Villa,

cap. Sicut.



cap. sicut Decima; cap. Clericos; cap. Quoniam; cap. Cum decima; cap. Decimam; cap. circa. In quibus agitur de decimis presertim ibi. Non aduersatur Concilio Trid.

6 Eiusdem fit mentio fol. 95. Contra Suffraganeos extorquentes à formatis, et de consecratione Eucaristie et excommunicationibus Eucaristiarum. Non aduersatur Concilio Trid.

7 Eiusdem fit mentio fol. 96. b. De celebratione Missarum et comunione sub utraque specie. Non aduersatur Concilio Tridentino.

8 Eiusdem fit mentio fol. 99. a. cap. Ne ex uarietate; cap. Hoc etiam precipimus; cap. Statuimus. De Pontificali Romano habendo. Item ne ordinandus concelebrat ordinanti Episcopo; Non aduersatur Concilio Tridentino.

9 Eiusdem fit mentio fol. 106. b. De Nundinis et festis die Dominica et Festis non exercendis. Non aduersatur Concilio Tridentino.

10 Eiusdem fit mentio fol. 107. Ne liceat secularibus

666



bus edere exemplum Licetacorum privilegia  
Non aduersatur Concilio Tridentino.

- 11 Eiusdem fit mentis folio 137 De tolerantibus  
censuras. Non aduersatur Concilio Tridentino.
- 12 Eiusdem fit mentis folio 137 b. Et certus numerus  
Monachorum seruetur Non aduersatur Concilio Tridentino.
- 13 Eiusdem fit mentis folio 144 a. contra aleatores,  
Concubinarios & ultra huc commune carceris pena  
puniendos Non aduersatur Concilio Tridentino.

Expeditis sententijs Synodi quarta  
Petricouien. sequuntur Synodi Prunae  
Lancicicij.

- 1 Est folio 2<sup>o</sup> a. De abolenda madidandi peniculo-  
sa consuetudine Non aduersatur Concilio Tridentino.
- 2 Est folio 16. b. De his testimonialibus a Deca-  
nis Ruralibus et duobus Parochis obtinendis  
per Ordinandos Non aduersatur Concilio Tridentino.

Est



- 3 Est folio 21 b. De loco Synodorum Pro<sup>u</sup> eligē  
et De Significationalibus h<sup>is</sup>. De u<sup>o</sup> h<sup>is</sup> Ep<sup>o</sup>num  
in eligendo loco. De tempore Synodi De causis  
Synodi. Non aduersatur Concilio Tridentino.
- 4 Est folio 51 b. Contra Clericos qui tabernas ui-  
sitant et ebrietates sequuntur Non aduersatur  
Concilio Tridentino
- 5 Est folio 58. a. De beneficijs non conferendis  
nisi i<sup>s</sup> qui per biennium in P<sup>u</sup>uersali studio  
approbato operam dedent. Non aduers<sup>2</sup> Conc<sup>o</sup>.
- 6 Est folio 78 b. V<sup>o</sup> agr<sup>o</sup> de Decimis per sapla  
Decem ut ibi. Non aduersatur Concilio Tridentino.  
Est folio 98 b. Ne Clerici n<sup>o</sup>uit<sup>er</sup> ordinati men-  
dicent ad nouas Missas et De Conuiujs Pri-  
mitiarum. Non aduersatur Concilio Tridentino.
- 7 Est folio 99 De euitandis in Missa: et cō-  
tra eos qui demissa uoce recitant sacra uel



- non consecrant Non aduersatur Cono<sup>o</sup> Trid<sup>o</sup>.
- 8 Est folio 110. a. De reformatione Academia  
racouien<sup>o</sup> habenda Non aduersatur Cono<sup>o</sup> Trid<sup>o</sup>.
- 9 Est folio 136. b. Contra Regulares et saeculares  
insordescentes ultra annum. De Ap<sup>o</sup>statis et per  
subreptionem obtinentibus a sede Non aduersa-  
tur Concilio Tridentino.
- 10 Est folio 136 a. Cap. Vt Moniales. cap. Vt Abbates  
De Monialium clausura, in ep<sup>o</sup>sa comuni, et  
p<sup>o</sup>cessu contra exemptas. Et contra Abbates  
De scandalis amouendis ex Monasterijs ipso-  
rum et delatione ipsoru<sup>m</sup> ad Papam Non aduer-  
satur Concilio Tridentino.
- 11 Est folio 138. De obseruatione omnium privi-  
legiorum in Bulla Ap<sup>o</sup>lica Provinciali qua<sup>m</sup> ibid<sup>e</sup>  
insentur. Non aduersatur Concilio Tridentino.

Hactenus de Prima; sequitur,

De Se-



De secunda Lanciciensis Decretis  
Sententia.

- 1 Est folio 2. a. De in Judicijs Ecclae ex Juris dispositione (de qua ibi) iudicetur. Non aduersatur Concilio Tridentino.
- 2 Est folio 10. b. De ordinandis ut ibi Non aduersatur Concilio Tridentino
- 3 Est folio 18. b. De inquirendis Archidiaconum uisitantium uestigijs. Non aduersatur Concilio Trid.
- 4 Est folio 51. a. De Vestitu Clericorum et matenis uestium forma interullam à nōnullis non ferendis sub panis ut ibi. Nō aduersatur Concilio Trid.
- 5 Est folio 55. a. De personalia residentia in Collegiatis et Caplis quibus celebrandis ibidem, et de residendo per uices, et panis contra non residentes. Item de excusatis à residentia Parochiali eorum qui in Seruitijs Regum Principum et Epōrum uersantur. Non aduersatur Concilio quia

expresse



- expressè dicit de Dispensatis à sede Aplica.
- 6 Est folio 58. a De Abbatibus ut uel proprijs Scholares teneant in Academijs aut conferant ad Seminaria iux<sup>ta</sup> Conc<sup>ilium</sup> Tridentinum et de penis contra eosdem ut ibi. Similr<sup>iter</sup> contra ordinarios extenditur et ampliatur quòd dictum est de Abbatibus. Non aduersatur Concilio Tridentino.
  - 7 Est folio 91. b. De non emendis censibus in uim redemptionis in bonis Nobilium ad expeditionem bellicam obligatis et pana in contra facientes. Non aduersatur Concilio Tridentino.
  - 8 Est folio 99. b. Ut sacerdotes uagi, peregrini, ignoti, arceantur ab Altaribus Non aduersatur Conc<sup>ilio</sup> Tr<sup>identino</sup>.
  - 10 Est folio 110. b. De Rectoribus Scholarum idoneis et non licentiosis discipulis &c Non aduersatur Conc<sup>ilio</sup> Tr<sup>identino</sup>.
  - 11 Est folio 117. a Ut excommunicantur omnes Lutherani et Huntæ et inhi<sup>bitur</sup> Impressionibus sub penis ut ibi ne diuerfiant libros Hæreticos. Non

aduer



aduersatur Concilio Tridentino.

12. Est folio 131 b. Contra adulteros seculares ut procedatur, et de ipsorum delatione ad Regiam Matrem. Non aduersatur Concilio Tridentino.

13. Est folio 136 De citationibus et processibus à Sede Aplica et Iudicibus emanatis et emanandis, ne alibi publicentur nisi prius sigilla earum reuideantur. Haec in dubium adducitur de quo inferius suo loco.

14. Est folio 142 a. Vbi continetur contra Franciscanos et Dominicanos admonitio ut Concionatores et Penitentianos in eorum Ecclesijs eligant Doctores idoneos et discretos. Non aduersatur Concilio Tridentino.

15. Est folio 144 a. Contra raptos processuum, iudicatos, bonorum Ecclesiarum et aduocantes in auxilium caesarum spiritualium seculares. Non aduersatur Concilio Tridentino.

Hic admonendum est ne quis scrupulus remaneat.



neat Petricuien quatuor Synodus fuisse cele-  
bratas ante annum 1513 Nam post annum 1542  
solus olim Nicolaus Drexgowski Archiëpus  
Inesnen, quatuor Synodus Prouinciales Petrico-  
uia celebravit, Primam Anno Dni 1551. De  
qua fit mentio in Statutis prouincialibus fol.  
28 a. cap. Tameen nihil. Secundam idem  
Archiëpus Synodum Proulem Petricouia cele-  
brauit Anno Dni 1554 Est in Constit. Synod. Prou.  
fol 29. b. cap. Item quia.  
Tertiam idem Archiëpus Synodum Proulem Pe-  
triciouia celebravit Anno Dni 1556. De qua in  
Constit. Synod. Prou. fol 31. cap. cum per licentiam.  
Quartam idem Archiëpus Synodum Proulem Pe-  
triciouia celebravit. Anno Dni 1557. De qua fol  
eodem 31 b. cap. Ceterum quia.  
Unde necessariò est inferendum quod ubi fit in  
Constitutionibus Synodalibus mentio Petricuien

Syno.



Synodorum Prima, secunda, tertia, et quarta.  
 De illis solis Synodis est intelligendum quæ  
 præcesserunt annum 1513. Nam de istis Peti-  
 couien quatuor fit mentio in Statutis, cum nomi-  
 ne et cognomine. Et Siepi et annotatione anni.  
 Idem omnino est iudicandum de primis Synodis du-  
 abus Lanciæ celebratis.

Post quatuor Synodos Peticouien et duas Lan-  
 cicien aliarum Synodorum Præulium quæ an-  
 tecesserunt annum 1513 collectores Synodorum  
 Præulium (quibus commissum fuit ut Statuta Sy-  
 nodorum Metropolitanæ Ecclesiæ Mesnen in qua-  
 tuor libros redigerent) pssuerunt nomina locorum  
 non exprimendo, in quibus sunt Synodi celebra-  
 ta, ac annum, quibus peragebantur sed præfixe-  
 runt titulos duobus uerbis istis Ex antiquis. Qua-  
 rum quidem Constitutionum sequitur descri-  
 pho, ut infra.

Secunda



Secunda pars de Synodis ante annum 1513.  
quibus non sunt apposita loca in quibus celebra-  
ta, nec anni, quibus habita fuerunt, sed po-  
nuntur sub inscriptionibus istis.

Ex antiquis.

Ante annum 1513. Leonis Annus Primus Sede-  
cimo Calendas Decembris. Ante istum annum  
omnia Statuta Provincialia confirmata et con-  
tinentur in libro Statutorum ubique inscri-  
ptum est Ex antiquis. Exempla.

Art. 1. 6. De Constitutionibus.

Art. 2. De consuetudine.

Art. 3. De Electione.

Art. 14. De supplenda negligentia Prelatorum.

Art. 13. De tempore ordinandorum.

Art. 17. De filijs Presbyterorum et De Centis Peregrinis.

Art. 18. De off. Archidiaconi Item Statuimus.

Art. 19. De off. Vicary.

Art. 20.



- Col. 20. De officio ordinarij Statuimus.  
 Col. 37. De maioritate et obed. Cum inferior  
 Col. 38. De Procuratoribus.  
 Col. eod. Quod metus causa Lib. 1.  


---

 Col. 39. De Iudicijs. Quoniam quidem -  
 Col. 40. De pro comp. Quoniam plures.  
 Col. 44. De ferijs  
 Col. 45. De sequestratione De Jurciurand.  
 Col. 47. De fide instrumentorum. Lib. 2.  


---

 Col. 54. De cohabit. Cler. et mul.  
 Col. 55. De Cler. non resident. Nullus Clericus.  
 Col. 56. De Institutionibus  
 Col. 67. De ijs qui rapiunt bona benef. post mor. vel.  
 Col. 68. De rebus ecclie non alienandis.  
 Col. 61. De modo eligendi Administratores sed. uac.  
 Col. 69. De emphyteuse et uenditione  
 Col. 71. De pignoribus. Col. eod. De testamentis.  
 Col. 74. De sepulchris.



- C. 74 De Parochijs. Vniuersis sacerdotibus  
C. 75. De Decimis  
C. 86. De statu Monachorum  
C. 90. b. De Capellis Monachorum et De Inreparatione.  
C. 100. b. De Baptismo.  
C. 101. De custodia Lucanensis. Statuimus.  
C. 101. De obseruatione Ieiuniorum.  
C. 102. De Ecclesijs edificandis  
C. 103. De immunitate Ecclesiarum  
C. 107. Ne Clerici uel monachi. Lib. 3.<sup>o</sup>
- 
- C. 108. De Symonia  
C. 113. b. De Iudaeis  
C. 116. De Haereticis  
C. 131. De recedentibus ab Unione.  
C. 132. De Raptibus  
C. 133. De Rapto Virginum.  
C. 134. De Vniuersis.  
C. 136. De Sorceryjs.

C. 142.



Bl 142 De iniurijs

Bl 145 De penitentijs

Bl 149 De sententia excommunicationis.

Bl 157. De uerborum significatione et de Regu-  
lis Iuris. Lib 4<sup>o</sup>.

### Altera confirmatio Statutorum.

Post Annum 1513. omnes Synodi Prouinciales ec-  
clesiæ Mesnen usq; ad annum Dni 1557. confir-  
mata sunt à Nuncio Aplice Rmo Patre Dno  
D. Aloyisio Lippomano Ep̄o Veronen ex speciali  
comissione PA VI. IV. Pontificis Max. De  
qua confirmatione, extat testimonium in libro  
Constitutionum Synodaliu. fl. 32. b.

In hoc spatio quadraginta quatuor annorum  
[scilicet ab anno Dni 1513. usq; ad annum 1557 in-  
clusiue] sedecim Synodi fuerunt celebratae di-  
uersis in locis quoniam in Statuto Prouinciali fit

menti



mentis talis.

- Synodi Anni 1513 fit mentis in ipsa Bulla Leonis folio 12 b. d. Ac aliud Provinciale Statutum d. Nec non de Pontificalibus. et folio 109 d. Licet Sacris.
- 1 Synodi quæ fuit celebrata Anno 1520 fit mentis in Statutis Provincialibus folio 70. b. ubi Arrendæ bonorum prescribentur.
  - 2 Synodi Provincialis quæ fuit celebrata Anno D. 1522 fit mentis folio 41. b. ubi agitur De subditis Episcopalis Civibus et villanis iudicandis coram Officialibus, non aut Capneis ad instanciam Sacerdotum.
  3. Synodi Provincialis quæ fuit celebrata Anno Dni 1523. fit mentis folio 41. a ubi agitur de ueniente annulis et potatione Clericorum.
  - 4 Synodi Provincialis quæ fuit celebrata Anno D. 1527 fit mentis folio 23. b. ubi agitur De Inquisitoribus Hæretica prauitatis instituendis et De libris à Parochis habendis. De Coniuratione in Cuna

Regali



Regali et Consultationibus non tractandis diebus Inicis et festis ante prandia, De Visitatione Ecclesiarum. De honis Canonicis De pluralitatibus beneficiorum. De Synodo Provinciali Lanciada non celebranda. Item fol. 70 ubi agitur de quantitate censuum reemphionalium et conditionibus uenditionum. Item fol. 127. a. in qua statuta omnia antea actarum Annorum Synodaliter recipiuntur et promulgantur. Item fol. 44. ubi agitur Ne Archidiaconis correctio mensis et parani committatur in visitatione. idem de alijs Visitationibus.

5. Synodi Provincialis celebrata anno D. 1530 fit mentio fol. 26 ubi agitur de Constitutionibus Provincialibus habendis in Ecclesijs Cathedralibus et Collis sub sigillis Archiepiscopali. Item fol. 52. b. ubi agitur De Inquisitionibus contra Clericum delicta et processibus contra eosdem. Item fol. 53. b. De habitu Clericali decentia Pralatis et Canonicis portandos;

et pa-



et panis ac mellis contra non portantes. Item fol.  
55. b. De Parochiis ad residentiam cogendis, et  
pluralitate Parochiarum inhibenda. It fol 76. a.  
De infantibus expositis ad Hospitalium portan-  
dis et alendis. It fol 88. a. De Monachis in Aca-  
demia grali sumptibus Abbati tenendis. Item  
fol 93. b. De modo soluenda contributionis Item fol.  
100. a. De inquisitione faciendâ contra Clericos  
qui horas canonicas non recitant Item fol 127 b.  
De Inquisitionibus contra Lutheranos et alios He-  
reticos. Item fol 155. b. De excommunicationis vitandis.  
6. Synodi Provincialis celebrata Anno D. 1532. fit mentio  
fol 17 à vbo agr. Contra Suffraganeos ne promo-  
ueant ad Ordines nisi iuxta formam scriptam  
et De provisione Ordinandi in Synodis Pro-  
vincialibus vel Diocesanis declaranda. Item  
de sufficienti provisione dicit folio 16. a. Necnon

contra



contra Suffraganeos pro ordinatione ab ordi-  
 natis exigentes pecuniam prater modum in  
 status Provinciali descriptum. Item fol 25  
 b. De Visitacionibus per ipsos Ep<sup>os</sup> frequenti<sup>us</sup>  
 faciendis non per Archidiaconos. De libris Apo-  
 crifis, et Hæreticis. De Theologis et Canonis-  
 tis in Curijs Ep<sup>os</sup> tenendis. Deniq<sup>ue</sup> de Monachis  
 Abbatum sumptibus in Academijs ut studeant  
 fouendis. Item fol 39 b. De l<sup>it</sup>is et prescembus  
 Curia Romana non fulminandis in Polonia an-  
 tequam singulorum coram Ordinario recogniti  
 et recognitionis per Notarium subscriptæ seu annotæ  
 habeantur. Eadem Constitutio est fol 136 quâ adusa-  
 rius modernus impugnat. Item fol 88. a. Contra  
 Fr<sup>at</sup>res Minores de Observantia alias Bernardi-  
 nos aliosq<sup>ue</sup> Religiosos qui sacramenta populo sua  
 cura nō subiecto ministrant et cas<sup>us</sup> reservans absolvent.



7. Septima Synodi Provincialis celebrata Anno D. 1534  
 fit mentio fol. 144 b. De Clericis rapientibus de-  
 cimas alterius Clerici iam possessas et pena  
 contra eosd. Eadem Con. est fol. 80. b. Item <sup>mi.</sup> D<sup>n</sup>  
 8. <sup>qua</sup> Synodi Provincialis celebrata Anno D. 1534 fit men-  
 tio fol. 52. a. De libris Statutorum per omnes Cleri-  
 cos in Provincia habendis sub pena Synodali.
9. <sup>na</sup> Synodi Provincialis celebrata Anno D. 1539 fit  
 mentio fol. 37. b. De honore Praelatis et Canonicis  
 ab Ep<sup>is</sup> exhibendis et non impedienda iurisdictione  
 Capitulari. Item folio 38 b. De prohibito provera-  
 tionis officio in Iudicijs saecularibus quod Clerici  
 facere non debent exceptis causis ut ibi.
10. <sup>ma</sup> Synodi Provincialis celebrata Anno D<sup>n</sup>i 1542  
 fit mentio fol. 13 b. De nullitate Statutorum Re-  
 gni ut soli Nobiles Monachi Abbates praesumantur.  
 Hoc ipsum statutum confirmat Synodus fol.



88 b. Item fol 26 De Vintatione Bibliothecarum  
 et libris reuidendis per Ep̄s aut eorum delegatos.  
Item fol. 39. b. De publicis edictis decernendis.  
 Deinde De Officialibus francis cap. Statuit  
 etiam. Item fol 42. a. De causis ad forum et  
 iudicium Eccl̄iarum pertinentibus Necnon De  
 causis Iudicis spirituali annexis et quatuor  
 articulis iux̄ Statut̄ Lad̄ Alberti, et Alexandri  
 Regum. & Item folis 48. a De Appellationibus à De-  
 cretis Capitulum admittendis uel non. It̄ fol 53. a  
 De excessibus notonjs Clericorum, tonsuram et  
 habitum non ferentium. Item fol 56. De Caplis  
 Collegiatarum Eccl̄iarum generalibus semel in  
 Anno celebrandis et De tractatibus in Caplis fa-  
 ciendis. Item fol 69 a. De bonis per Abbates  
 Praep̄s et Abbatissas sine consensu Ep̄i aliena-  
 tis infra unū annum recuperandis et parisi Canonici,



ut ibi Item fol 75 a. De tempore sepulture post  
mortem Ep̄i faciendā et Administratore eligendo  
bonisq̄ Ep̄alibus in dispositionem Capli recipiendis.  
Item fol 88. a. Contra Abbates ut seruent iux̄  
Statuta Provincialia et constitutiones Synodales  
partim in Academia Cracuien̄ partim in studiis  
Posnaniē Monachos suonū Monasteriorum sub  
panis ut ibi. Item folio 94 De Salarijs Vicari-  
orum iuxta morem ueterem retinendis quā Pa-  
rochi diminuēbant suis Vicarijs Item fol 100 De  
Scholis per Plebanos proprios uisitandis et pa-  
nis contra non uisitantes. Item fol 102. De libris  
in Scholis prælegendis et non. De Pedagogyis  
in domibus Nobilium et Ciuium De Symbolis  
Ep̄orum pro Doctore legum in Academia Crac-  
uien̄ instituendō. De reuocandis Scholāribus stu-  
diosis ex Academia Pitembergen̄ et ex alijs.

Germa.



Germania Academijs Hæreni infectis. Item  
 fol. 114 b. De Judæis Schismaticis Moscis Tur-  
 cis Tartaris Armenis Madicis. &c. Item fol. 128. a.  
 De disputandis uicandis in controuersijs fi-  
 dei. Item folio 155. b. De contemptibus censu-  
 rarum et processu contra negligentes Capress.

11<sup>ma</sup> Synodi Prouincialis celebrata Anno D. 1544 sit me-  
 ho fol. 27. a. De residentia circa Eccliam Episcopum  
 excepta causa Ecclie et Reipub. et De Visi-  
 tatione Cleri. It fol. 37 b. De Parochijs in Litua-  
 nia et Samogitia erigendis ad tollendam idolo-  
 latriam. It fol. 88 b. De nullitate Constitutionu  
 Regni conditarum ne Plebey ad Abbacias ad-  
 mittantur. Item fol. 94 b. De Contributione non  
 concedenda in Comitibus nisi iura Ecclie <sup>ca?</sup> conseruentur,  
 et executioni mandentur. It fol. 156. b. De inuocati-  
 one brachij secularis cont' inordescentes per Capress  
 facienda.



12<sup>ma</sup> Synodi Provincialis celebrata Anno D. 1547 f<sup>o</sup> me-  
ho f<sup>o</sup> 17. a. De examinationibus pro Ordinandis  
v<sup>o</sup> Archidiacono officiali Penitentiaris Ma-  
gistro Scholæ et uno ex Vicariis. Item f<sup>o</sup> 28. a.  
De provisione Concionatorum in Cathedralibus et  
Collegiatis et de examine Parochorum ante In-  
stitutionem Item f<sup>o</sup> 36. b. De Officio Capli in admonendis  
Ep<sup>o</sup>is officium suum Ep<sup>o</sup>ale exequendi et de p<sup>o</sup>nis  
Capitularium non admonentium. Item f<sup>o</sup> 43. a.  
De deputatis in causis finium regundorum seu  
graniciorum inter bona spiritualia ex Cap<sup>o</sup> Cathedrali delegandis et p<sup>o</sup>nis contra eos qui fines  
huiusmodi per Succameranos Regni expediunt.  
Item f<sup>o</sup> 46. b. De Arabibus Ep<sup>o</sup>um non comitten-  
dis nisi Cap<sup>o</sup> iurato iuxta formam ut ibi et de  
iuramenti declaratione Item f<sup>o</sup> 88. b. Contra Priores  
et Guardianos Ordinum ut teneantur presen-  
tare Concionatores pro Concionibus faciendis et

Confess-



Confessionibus audiendis.

13<sup>ma</sup> Synodi Provincialis celebratae Anno Dni 1551 f. 28. a. De Hæreticis aut suspectis in fide non tenendis in Curijs Episcopum. De Theologorum in ipdem sub pena quingentorum aureorum Injuriar. De lectione scripturae ad mensam adhibenda, et de servitorum Episcopum honestate. Item f. 54. a. Contra Suffraganeos Religiosos ne Populus detestentur utq. Episcopum in Populis incedant et mensis suis in publico a videant. Item f. 69. a. Contra Episcopos qui accipiunt pecuniam simulant tamen se donasse ex causa iusta et pena annullationis. Item f. 74. De successione ab intestato per Episcopos non usurpando sed distribuendo ut ibi. Item f. 80. a. Contra Episcopos ut de manibus de semis, et ex locis quae in piscinas et prata redegerunt Missalia et ferebras ac decimas sacerdotibus quibus debentur persolvant. Item f. 88. b.

De Com



14<sup>m</sup>  
De Commendis Abbatiarum et contra Comenda-  
rios Abbatiarum, et contra Ep<sup>os</sup> qui Comendarios  
promouent &c. De pueris Nobilium in Mona-  
sterijs alendis uel non; et de reformatione Mo-  
nasteriorum qua fieri debet per Ep<sup>os</sup> et Cap<sup>l</sup>um  
Item fol 94 b. et 95. a. De Contributione non co-  
cedenda sine consensu Cap<sup>l</sup>i utriusq<sup>ue</sup> Gen et de  
collectoribus Contributionum per Ep<sup>um</sup> cum Cap<sup>l</sup>o  
eligendis alioquin &c. De immunitate Siccanon<sup>um</sup>  
Cathedralium a solutione Contributionis. De suc-  
collectoribus et de obligatione Ep<sup>orum</sup> Lithuaniae  
et Russiae ad Contributiones soluen<sup>das</sup>. De dimis-  
sionibus Contributionum Archiep<sup>iscopis</sup> per Cap<sup>l</sup>am remittendis &c.  
Item fol 100. a. De Mimis non celebrandis sine  
licentia Rectoris Eccl<sup>iae</sup> &c. fol 103 Qui tenentur  
ad fabricam Eccl<sup>iae</sup> Cathedralium earumq<sup>ue</sup>  
in era; uertes vit<sup>ae</sup>, uasa, organa campanas ui-  
num, ceram oleum &c. fol 128 De confessione si dei fauen



14<sup>ma</sup> Synodi Provincialis celebrata Anno D<sup>ni</sup> 1554 f<sup>o</sup>l  
 mentis f<sup>o</sup>l 29. De Ep<sup>is</sup> ut studiosis literarum suis  
 sumptibus alant et de provisione Ministrorum  
 Eccl<sup>ie</sup>. et Ut unus Ep<sup>us</sup> semper in Curia Regis  
 maneat, item quomodo se Ep<sup>i</sup> gerere debeant,  
 ut ne Hæreticos ac suspectos et scandalosos in  
 Curijs suis foveant, ut ab Arundatione bonorum  
 Ep<sup>iscop</sup>alium abstineant. Item f<sup>o</sup>l 69 a. De revi-  
 sione bonorum Ep<sup>iscop</sup>alium per Cap<sup>l</sup>ta facien<sup>ti</sup>. Item  
 f<sup>o</sup>l. 71. a. De permutatione bonorum cum secula-  
 ribus facien<sup>ti</sup>. Item f<sup>o</sup>l. 80. b. Contra Ep<sup>iscop</sup>os ne clerici  
 illibertent in decimis.

15<sup>ma</sup> Synodi Provincialis celebrata Anno D<sup>ni</sup> 1556 f<sup>o</sup>l  
 mentis f<sup>o</sup>l 14. Ut ad Abbacias et Præfuras Re-  
 gulares non nisi Regulares et Profem promo-  
 veantur, Ne Ep<sup>i</sup> in ipsas Abbates et Præf<sup>o</sup>sup<sup>er</sup> super-  
 intendant. Ne Parochiales sua collationis pen-  
 sionibus onerent, sub depositionis pena. et de



inquisitione contra Abbates. Item fol. 56. a. De  
cogendis Canonicis Collegiatani ad Sacros Ordines  
sub penis ut ibi, et duobus Doctoribus qui ibi  
Acheroidcant.

Item fol. 31. a. De Predicatoribus diligenter exa-  
minandis De Officialibus retinendis idoneis et du-  
rissimis Item fol. 57. b. De non instituendis ad bene-  
ficia curata sub pena suspensionis ipso facto  
non praemisso examine &c. Item fol. 90. De benedi-  
ctionibus Abbatum, habitu et tonsura Monachorum  
et de collatione benef. Abbatum Item fol.  
101. De custodia Lusanskie ut ibi. Item fol. 112. b.

De reformatione Academiae Cracovien. Posnariendic.

16<sup>m</sup> Synodi Presulis celebrata Anno D. 1557 fit  
mentis fol. 31. b. De pena ad Synodum non veni-  
entium De Concisionatibus et Concisionem penitentia,  
et Catholico sensu. De homily Polonicis conscri-

bendis



bendis et imprimendis cum Casibus De Pra-  
 latis et Canonicis ad bona et praedia Ep̄onum ue-  
 nientibus humaniter excipiendis et comēatu  
 ip̄is per factores Ep̄onum praestando. De procura-  
 tionibus seuē per Ep̄os propter causas Pauperū  
 Parochiarum. De Canonicis Collegiatarū cogendis  
 ad suscipiendos Ordines De Hospitalibus diligen-  
 ter praesidendis Itē fol 54. a. De Scholis Hæretico-  
 rum extirpandis. De studio gn̄ali Cracouiē per  
 Ep̄m Cracouiē reformando Itē fol 73. b. Annul-  
 latur Statuti quo edicebatur ne sine suo iure  
 domini Eccl̄ae scire et uoluntate aut inter-  
 uenti sui procuratoris quispiam subditū tenta-  
 menti faciat. et De Medunum et uillanum  
 Eccl̄iarum in tentamenti facien̄ libera uoluntate.  
Itē fol 75. De Caduendis Hæreticorum et  
 excommunicatorum in Parochiales Eccl̄as contra

uoluntate



uoluntate. Parochum resistere nequeunt uim  
uolenter illas. Item fol. 80. b. Contra Vladi-  
slauicū Epūm ut ex bonis Epālibus decimas  
Prashtens Parochis atq; Cenās extradat. Item  
fol. 133. De abigeis et pasuis stentibus non pro-  
hiben̄ inter uicinos Ecclesias.

De decretis Synodalibus post annum 1513  
usq; ad annum 1557. inclusiue quorum in li-  
bro Prouincialium Synodorum non sunt ascripta,  
annorum tempora, sed simplr ponuntur sub titulo

Ex nouis.

Nouae Constitutiones Synodales uocantur, quae  
ab Illmo olim pia memoriae Iohanne Taski Archi-  
epo Gnesenē fuerunt collectae.

Index istarum constitutionū sequi ut infra.  
fol. 10. b. Archiepus et Epī ad Archidiaconatū



uacantem prospicere debent Doctores Capli, ex quibus eligat Caplum digniorem Non aduersatur Concilio Tridentino.

Ab 37. b. Decreuit vt Abbas Nemesinensis primum locum obtineat in Synodo quam Mogimien. Non aduersatur Concilio Tridentino.

 loquitur Conc<sup>m</sup> Trid<sup>m</sup> sess. 7 cap. 4. Probatur.  
 Nam d. cap. 4 refert se ad cap. De multa De  
 Præbend. quod loquitur de dispensationibus  
 plurimum curarum in fauorem personarum  
 Unde et illud cap. 4 intelligendum est similit<sup>r</sup>.  
 et quia illud cap. 4 dicit Per uiam unionis  
 seu cōmendæ perpetuæ Dich<sup>o</sup> illa. seu. stat  
 exp<sup>o</sup>siuè et licet ponatur inter diuersa, ar-  
 guit tamen similitudinem et cōformitatē  
 Rost<sup>o</sup> Rom. in Decis. Seraps<sup>o</sup> Card<sup>o</sup> Decis 393.  
 n<sup>o</sup> 8 et 9. Unde sicut cōmendæ datur persona  
 ita et unio in d. cap. 4 intelligi facta in fau-  
 rem personæ. iux<sup>t</sup> illud. Relatum est in refe-  
 rente Nam et dicta Doct<sup>o</sup>rum, esse intelli-  
 genda secundum allegata docuit Bart<sup>o</sup> in l.

Non sicut



Non solum S. Liberatissimi S. De lib. legata.  
Bulla autem Leonis X<sup>mi</sup>, loquitur de unioni-  
bus factis in fauorem Eccl<sup>ie</sup> desertan<sup>ti</sup>  
idg expresse. Addit causam Leo Pont<sup>ific</sup> ipse.  
Pro euitandis scandalis et periculis anima-  
rum. De his unionibus nos loquitur Concilium  
Indentinum, atque inde luce clarius constat,  
nos esse reuocatam talem unendi faculta-  
tem per cap. 4. ses 7 ut assentur. Quia fauor  
diuini cultus et salutis animarum omnibus  
anteferitur Archid. in cap. Bona fidei De Sta-  
ret in 6. et passim in Conc<sup>o</sup> Indentino sit  
mentis istius causa. Deinde. Quia reuoca-  
tio priuilegij est odiosa, cum sit de illius na-  
tura, ut duret et nos reuocetur. Hier. Fonsal.  
in 86. glossa Præmialis n<sup>o</sup> 17 et fol 402 n<sup>o</sup>  
76 et fol 340. n<sup>o</sup> 30. et 31. Facit in cap. De cet,



à Princeps is cum plurimis concord. De regitur  
in 6. et cap. Indultum. Sed nemo est qui sen-  
tiant privilegium hoc unionis revocabilem esse  
à Concilio Tridentino.

Axioma octavum.

Non repugnat Concilio Tridentino practica  
Episcopum nostrorum qui Abbatibus alijsq<sup>3</sup> Praefectis  
Monialium concedunt facultatem presciscen-  
di ad Tribunalia generalia Regni, in causis  
Monasteriorum, dummodo sit actus personalis  
in usum forensium Regni: qualis est finium  
rependendum iuramentum standi &c et ob alias  
causas et solemnitates certe adhibeantur in  
associatione Abbatum de monasterio exequis.  
Hoc axioma confirmat Navani consilium 5. De  
stati Monial. Ipse loquatur suis verbis. In pi-  
mis sub n<sup>o</sup> 3. dicit Concilium Trid<sup>m</sup> sess. 25. cap. 5.

deff-



definiuit licere Monialibus exitum à Mo-  
nasterio sufficiente causa l<sup>tt</sup>ima à Episcopo  
probata, clarè significans quòd præfatum  
cap. p<sup>m</sup> De statu Regul. lib. 5. non solum erat  
iure còmuni limitandum in unico casu ibi ex-  
presso, sed etiam in omni eo qui esset causa  
l<sup>tt</sup>ima exeundi. Hæc Navar n<sup>o</sup> 3. Et ibid  
n<sup>o</sup> 4 sic dicit. Est textus iuris optimus, per  
multa ibi à Decis tradita, in cap. Dilecta  
De confuti uel inuit quatenus habet casum  
à regula ob aliquam æquitatem exceptum,  
extendi posse debere ad alios casus ob simile  
æquitatem. Cum igr casus ille unicus excipia-  
tur à regula negativa ne qua Monacha exe-  
at clausuram: extendi potest et debet ad a-  
lios casus in quibus similis æquitas id sua-  
det. Quòd certè fuit in causa ut Concilium Tri-

dent-



dentinum extendent illum casum, ad omnes  
 alios in quibus inueniretur causa quâ litem  
 arbitraretur Superior litemus Hæc Nauar. n<sup>o</sup>  
 4. Item n<sup>o</sup> 5. ait. Non est necessarium impetra-  
 re p<sup>ro</sup> à Sede Ap<sup>osto</sup>lica in priuilegium speciale  
 quod iure com<sup>mu</sup>ni conceditur sed frequen-  
 timè id impetratur concedi solet à Sancta Ro-  
 mana Eccl<sup>esi</sup>a; idq<sup>ue</sup> est utile ad tollenda dubia  
 et scrupulos. Quorum unum exemplum quoti-  
 dianum est impetratio et concessio pronun-  
 cian<sup>di</sup> diuinum off<sup>iciu</sup>m sequentis diei, uesperæ G-  
 cedentis, quod iure com<sup>mu</sup>ni licere ait. S. Thomas  
 receptus ab omnibus Hæc ibi.

Inferitur ex decisione ita pientissimi et emi-  
 nentissimi Doctoris præter casus incendij, le-  
 præ, et epidimicæ Ep<sup>iscop</sup>um in Monasterijs non  
 exemplis sed sibi subiectis, uel in Monasterijs



ita exemplis, quod soli Papa immediate subsunt  
dare licentiam, maxime Abbatis, ex causis  
necessarijs quae in Axiomate exprimitur ut exe-  
at ex Monasterio ad Iudicia publica in cau-  
sis sui Monasterij. quando aliter expediri non po-  
sunt nisi ut ipsa Abbatis adiret. Et certe  
iste casus sunt ex numero illorum de quibus  
protestatum fuit a Synodo Provinciali tempore  
receptionis vnde certa capitula deduci non possunt  
in executionem, quae alibi practicabilia sunt.  
Nusquam enim gentium expediuntur causa  
praesentem ardua iuramentis partium sicut in  
prosaeculari Polonico. Nam iuramenta hoc  
probationum principali, etiam in casu plenissi-  
missima probationis, iure aut Canonico dedi-  
ditur Talia Statuta non valere. Et quia iu-

ramè



ramenta preparata per procuratores uel ne-  
 gationum gestores expediri non possunt. inde fit  
 quod Abbatibus necessariis ex Monasterijs exi-  
 re tenentur ad prestanda iuramenta Ali-  
 oquin succumberent in causa; et amitterent  
 castra et uillas Monasterij. Nonne iste casus  
 est necessitatis. Ego uero hunc aequiparo in ce-  
 dio lepra, epidemia, Amissio siquidem bonorum  
 omnium seu maioris partis aequiparatur morti.  
 ut in confesso est in iurisconsultorum Scholis. Bart  
 in l. Si ob turpem n. 6. D. De iudi. ob turp. cau.  
 scribit quod metus amissionis omnium bonorum  
 aequiparatur morti. Idem uidet Quirinus cons.  
 23. n. 9 lib. 1. De cons. 690. n. 8. Crauetta cons.  
 49 n. 7. Man. De arbitrar. lib. 2. cas. 135. Et hoc  
 modo declarando uenitimum est repositum Na-  
 uam asserentis Extendi posse et debere exce-

ptione?



ptionem ab uno casu ad alios non expressis ob  
eandem aequitatem cui addo ex sententia De-  
ij mrla prima n<sup>o</sup> 35 et 36 De reg iur. Vbi ex  
sententia Baldi concludit Quod si exceptio fa-  
cta sit taxatiue, non extenditur ad alios casus:  
si uero exceptio facta sit simpliciter in alijs cari-  
bus sine taxatiua positus, quod tunc exceptio  
extenditur ad alios casus similes.

Applicando casui n<sup>o</sup> sciendum est Bonifacii  
VIII Papam in cap. unico De stat. Reg. lib. 6.  
statuisse regulam negatiuam uniuersalem:  
et ab hac regula exceptionem unicam posuisse:  
si uero morbo sit affecta Monialis tali qui  
alias Moniales inficere possit. Concilium aut  
Indertinum exceptionem ab eadem g<sup>o</sup> ten seane  
dicendo Nisi ex aliqua causa ultima. Postea  
Pius V. Pont<sup>o</sup> anno Dni 1569 Cal. Febr. in dua

Bula



Bulla quæ incipit *Decorum et honestati*.  
 eidem Concilio Tridentino in hærendo uigore clau-  
 sula Concilianis exceptione, specialem causam  
 ex generali prouit ut magnum incendium; et  
 sub morbi periculo exceptione quam Bonifacius  
 psuerat, declarauit contineri lepram et epi-  
 demiam. Ita omnes exceptiones latebant sub  
 illa generali quia Concilium nullam taxati-  
 uam adiecerat sed simplr et generalr dixit:  
 nisi ex causa. &c. Licet igr semper ep̄s con-  
 tra dispositionem illam negatiuam Concilij iu-  
 dicare, quæ sint exceptiones admittenda man-  
 nent e semper dispositione Concilij negatiua. Quæ-  
 uis en exceptiones ista incendij, lepræ et epi-  
 demia sint contra dispositionem Concilij, in a-  
 lijs tamen casibus non exceptis, confirmant re-  
 gulam: et si quæ postea specificabuntur ab ep̄s,

confir-



confirmabunt semper prohibitionem à Concilio  
inductam. Hac est enim natura exceptionū  
firmare regulas in casibus non exceptis. Nam  
r̄la sub genere omnes casus includit, si autem  
reliqui casus à regula excipiuntur alij remanent  
sub regula ut latius probat Decius d. r̄la  
p̄ n<sup>o</sup> 31 et 32. Nunc ad rem nostram. Si quaeratur  
an iusta sit causa quam precepit Ep̄s Abbatissa  
aut quavis alia Monialis administrationem bonorum  
habens dicendo: Jurare tenes ex decreto Iudicij in terminis peremptionis tali; nec  
possum id præstare per procuratorem: et si nō  
iuraveris causa cadam. Monasterium amittet  
illam talem &c. Nemo est qui dubitet  
iustam causam esse. Pone. Respondeat Ep̄s.  
Iusta quidem est. Sed non est præta inter tres  
causas à Pio V. Papa. Quæro quid Iuris? Iudi-



cium naturale suo iure exposcit ut Epus dicat.  
 Causam quidem hanc Pius V. non exprimit, Quia  
 de illa non cogitavit Sed si proposta fuisset idē  
 iudicasset. Est enī hac exceptio sub illa exceptio-  
 ne generali sicut pars sub toto. quia nihil ab eo  
 excipitur quod continetur sub eo. Cuius quidem co-  
 cessionis est eadem aequitas quae fuit in mē-  
 dio lepra et epidemia, quia sicut in illis agris  
 de salute Monialium ita in isto casu de con-  
 seruandis bonis quorum amissis aequiparatur mor-  
 ti ut supra dictum est; et conseruatio salutis.  
 Et hoc illud est quod Concilium Tridentinum uo-  
 luit ponens exceptionem generalem non taxa-  
 tiuam, ut causa exeundi ex Monasterio pon-  
 derentur potius quam numerentur ab Epis. Pi-  
 us autem V. quamuis exprimit tres casus in-  
 cendij lepra et epidemia, non excludit tamen

similes



similes quos de natura sui generalitas excepti-  
onis Conciliaris complecti potest, quibus sic declara-  
tis facile est iudicare, quam incaute dubium  
istud moveat quisquis ille est Episcopus noster; asserens.  
Veniā Monialibus profertis concedendam non  
esse exeundi ex Monasteriis exceptis tribus casibus  
à Pio V. declaratis Quia venissima est doctrina De-  
cij, in d. reg. p<sup>a</sup>. Si exceptio facta sit taxatiue non  
est ad alios casus extendenda Secus si facta sit  
simpliciter qualis facta est à Bonifacio octavo, et  
qualis facta est à Concilio Tridentino. Et qualis  
vigore eiusdem Tridentinae exceptionis fecit Pius  
V. non taxatiue sed declaratiue. Quia nusquam  
reperitur in Bulla Pij V. taxatiua: quae (ut ait  
Decius in l. p<sup>a</sup>. D. De contrah. ob.) excludit omnes  
casus de proprietate sermonis. Nam et Concilium  
exceptionem non generali sed taxatiue peruenit



induxisset formam, Dictiones siquidem taxative  
 formam important, cuius transgressio uiciat acti  
 consal. in glo 43. n<sup>o</sup> 26 De Mens. altern. Tam ex  
 go probatum est. Epum p<sup>re</sup> ex aliqua alia cau  
 sa l<sup>it</sup>ima ultra casus à Pio P. expressi (ut. In  
 cendiij magni, lepre, et epidemia) dare licenti  
 am Moniali Professo exeundi è Monasterio  
 si uel de periculo agatur omnium Monialium,  
 uel de amissione bonorum uel ob alias causas  
 similes. Sed ne ex generalibus decisiis coacta  
 seu cogitata esse uideatur ponamus in ter  
 minis casum expremum: qui est in d. cap. P<sup>ri</sup>mo.  
 De Statu Rey lib. 6. sumatur ibi. S. Verum quã  
 do. his uerbis. Abbas et Principibus secu  
 laribus ad prestandum fidelitatis Sacra  
 mentum adstricti, si non possunt per presura  
 torem iurare: personalit<sup>er</sup> exeundo Monasterium.  
 iurabunt absq<sup>ue</sup> dilacione ad Monasterium redi



turae Hacibi. Mutatis aliquot uerbis de quibus  
est in casu prescripto, qui negatur, nisi aduersa-  
rius affirmare et probare uelit. Quasi Moniales  
per procuratores possunt iurare in Iudicijs Terre-  
stribus aut Tribunalicij Regni Poloniae. Sed si  
possent facere calum uertice: aut illud digito tan-  
gere, posterit et hoc probare.

Axioma nonum.

Est quidem decretum Statuti Provincialis lib. 5.  
cap. 32. quod iusserat S<sup>ta</sup> Synodus Decretum S<sup>ci</sup>  
Concilij Tridentini, aduersus matrimonia clan-  
destina inuisolabi obseruari, quia tamen per hoc  
Decretum, de obseruando, publicando, et expli-  
cando Decretum illud non obligat Parochia<sup>rum</sup>  
Parochianos, nisi constet per probationes eui-  
dentes, in singulis Parochijs, deliberandum  
est de his articulis. 1. An publicari illud expediat  
in locis ubi publicatum non sit. 2. In locis, illis, q<sup>uibus</sup>

publici



publicatum esse dicitur, an et qualis sit exigenda probatio de publicationis facto 3. An eadem Diocesi in quibusdam Parochijs sit publicatum in quibusdam non. quomodo sit procedendum. 4. An expediat stante dubio tercio, iterum publicare.

An sit publicatum ritè et lègimè hoc Concilij Tridentini de Matrimonijs clandestinis decretum magna equidem est dubitatio. Publicatum esse per totam Prouinciam idè ritè et lègimè Pastoralis Lptà à Synodo Prouinciali recepta et à Sacra Congregatione Monum. D. Cardinalium Concilij Tridentini interpretum reuisa et approbata, atq; ab ipso Summo Pont. Paulo V. confirmata testatur sub titulo De Matrimonijs & Meminerint; his uerbis Meminerint contrahentes sponsalia per uerba de presenti (id est Matrimonium ipsum) nullum

esse



esse nisi observata fuerit forma à Concilio In-  
dientino scripta, id est Parscho et tembussaltè  
duobus adhibitis Hæcibi. Hæc uerba referuntur  
ad factum publicationis Nam dicit Synodus,  
Meminerint contrahentes. Supponit ergo prius  
hoc decretum fuisse contrahentibus publicatè  
et sufficienter explicatum, argumentis sumptis à  
Theologis illius Decalogi explicantibus Memento  
diem Sabbati sanctificare. An autem sit creden-  
dum narrationi huiusmodi quam facit Synodus Pro-  
vincialis, non est huius loci et temporis interim  
hæc pauca offero consideranda snt. Informata  
fuisse Synodum tunc à suis Episcopis et Caplorum Mi-  
nistris de publicatione in singulis Parochiis Quia unus-  
quisque Episcopus sære presumere quid in sua Diocesi  
agatur Accedit et illud quod in Synodo Cracoui-  
en quæ celebrata fuit Anno 1601 die 22 Maij

nulla



nulla fit huius publicationis mentio: cum ta-  
 men Synodus Præulæ nouissima anni 1607 Epi-  
 stolam hanc pro Clero Cracouien editam extendit  
 ad Prouinciam uniuersam. Unde coniectura non  
 mediocri dicitur Synodum deliberatè collectis par-  
 ticularibus particularium in diuersis Diæcesibus  
 publicationibus, illa scripsisse; idesq; credendū  
 ei esse tanquam ea de re informationem certissi-  
 mam habenti. Accedit etiam obseruantiā iuris  
 decreti et praxi iudiciaria; quia in plurimis  
 causis particularibus, in singulis Diæcesibus exte-  
 re dicuntur decreta quibus matrimonia extra Pa-  
 rischi et tertium gentiam contracta annullata  
 sunt. Ad maiorem probationem singuli Episcopi  
 cellaniani suam et Officialium suorum reui-  
 deri faciant quam diligentissime Considera-  
 tis præterea alijs circumstantijs ut quod pu-  
 blicatis iam antea in iureta omnibus Paris-

his



dis ut constat ex cap 32. lib. 5 Provincialis  
Synodi celebratae Anno Dni 1577. quod Synodus  
anni 1607 admonitionem illam fundat in factu  
iam praesente publicationis; quod ita sit comu-  
nis omnium saecularium opinio inualida esse  
Matrimonialia sine Parochi et tertium presentia. Con-  
sideratis inquam istis omnibus efficiatur id ut di-  
camus credendum esse huic Synodali narrationi de  
publicatione istius Decreti in omnibus Diocesi  
omnium Parochijs. Sed uereor an sit probati  
hoc modo sufficienter, publicatum fuisse hoc de-  
cretum in singulis singularum Diocesi Paro-  
chialibus. Nam ex multis occasionibus mati-  
monialium causarum plerumque inquirebant de  
aliquo publicationis istius signo seu scriptura  
in hiis tamen inueniuntur. Placet hic adscribere  
uerba Francisci Bonhomij Visitatoris Aplici  
ad Gregorium Xij Pontificem Max<sup>m</sup> In omnibus Sin

quit



quit) et singulis Parochialibus Eccl<sup>ie</sup> Conclij  
 Tridentini de clandestinis Decretis uulgar<sup>i</sup> lin-  
 gua trium mensium spatio frequentiori populo in-  
 ter Missarum solennia, euulget Parochus, aut  
 is qui animarum curam gerit: eiusque euulgationis  
 testificationem, a d<sup>o</sup>hibito etiam Notario ac testi-  
 bus publicis instrumentis factam: Episcopo quam  
 primum tradat ad eum u<sup>e</sup> mittat qui omnia rei  
 eius<sup>re</sup> testimonia in vnu collecta in Archivis re-  
 p<sup>o</sup>ni, tutu<sup>q</sup> custodiri mandabit. Tum prater ea,  
 ter in singulis annis ad quadriennium usq<sup>ue</sup>  
 hoc Decretu<sup>m</sup> promulgan<sup>t</sup>. In mus Ep<sup>us</sup> iubeat, ac  
 quoslibet etiam atq<sup>ue</sup> ubi ipse expedire censuerit:  
 dum tamen decennio integro semel salt<sup>e</sup>m  
 quostannis in unaquaq<sup>ue</sup> Parochia promulgan<sup>t</sup>  
 Hac ille. Hac est publicatio uera et ultima  
 quam tamen nunquam in h<sup>is</sup>ta fuisse Polonia  
 credo, Nec fallor. quia experies dico Putare.

reversua-



restituendam esse publicationem istius decreti  
adhita tamen maxima prudentia et cautione  
ut infra dicitur. Sufficeret autem ut Parochi  
ex concione dicant ista uel his similia uerba  
Meminisse uos Synodus iubet; ut matrimonia  
contrahatis praesente Parocho et testibus Aliis  
erunt iurata. Quod talia uerba sufficiant decla-  
rauit Sacra Congregatio Cardinalium adijciendo  
Haec uerba sufficiunt et aequivalent publica-  
tioni istius decreti, quantum ad matrimonij iurata-  
tionem. Sic ut praemissum est dicant Parochi in  
Concionibus Et scripto suo sigillato cum subscrip-  
tione duorum sacerdotum Vicarioum si adsint,  
uel aliorum quorumcumque certum firmatas tales  
publicationes deferant suis Decanis, qui suis  
Archidiaconis deferant. Archidiaconi Episcopi uel  
Vicario generali. Et postquam collecta fuerint, re-  
digantur in Acta publica, Cancellarium

Episcopum



uel Officialium. Scriptura autem asseruen-  
 tur in Archivis. Alioquin semper dubitabitur de  
 uera et legitima publicatione maxime cum Sacra  
 Congregatio Interpretum declarauerit his uerbis.  
 Publicatio decreti Conciliaris De reformatione  
 Matrimonij facta in Synodo Diocesana, non  
 aequiulet illi publicationi quam idem Conciliū  
 praecipit fieri in singulis Ecclesijs Parochialibus.  
 Hac Congregatio in Sess 24 cap. 1. De refor. mat.  
 Comprobabat frequens usus Nam in talibus ma-  
 trimonialibus causis quosdam matrimonia clan-  
 destina matrimonia (hoc est sine praesentia pro-  
 prij Parochi contracta oppugnantur: semper  
 hoc in ore habent. Aliud publicatum in sua Pa-  
 rochia non fuisse ac ne in Diocesi quidem et  
 sic dicendo semper exigunt publicationis pro-  
 bationem per scripturam aut Sententiam. In cuius  
 defectu, matrimonium suum quoad uinculum



non posse putat dirimi et declarari irritum Et  
merito quidem. Quia ut Decretum de clau-  
destinis Concilij Tridentini obliget, duo tempora  
requiruntur, ex declaratione Sacrae Congregatio-  
nis sens 24 De Saor Mat in verbo (Ne ueris  
tam salubria). Primum, ut sit publicatio post annum  
Dni 1564 Nam ante hunc matrimonia sine presen-  
tia Parochi et tertium duorum uel trium contra-  
cta nec irrita erant nec fuerunt tanquam irrita  
declaranda. Alterum tempus ut publice  
decretum in singulis Parochialibus et post pu-  
blicationem in qualibet Parochiali, transeant  
dies triginta à die publicationis primæ in qua-  
libet sextim Parochia factæ numeranda.  
De primi temporis ad obligationem lapsu dubita-  
ri non potest anno 1607. De secundi temporis  
et initio et termino semper dubitare licet nisi  
probetur. Quia cum publicatio sit facti, summi

non pp



non potest nisi probetur. Quia quae facti sunt  
 non presumuntur l. In bello § facta. D. De capte  
 et postl. reuers. l. Si emancipati. l. De Collat. Unde  
 et semper legitime probari possunt publicatum esse  
 illud decretum in singulis Parochiis: oportet et recita-  
 re publicationes et conficere de publicatione scriptu-  
 ras ut supra dictum est. Quibus confectis iam nul-  
 lus relictus erit dubitationibus locus: ita ut nec  
 obijcere quisquam possit; istud decretum esse non esse  
 receptum. Quia lex legitime publicata presumitur esse  
 recepta et si habet decretum irritans, impeditur  
 contrarium; praesertim si decretum irritans, sit  
 separatim a scriptum ut probat Coad. Mantica in  
 suis Paroch. Lucubrat. lib. 5 tit. 13. n. 42. Clarum  
 est autem uel ex primo aspectu cap. <sup>mun</sup> De reform.  
 Matrim. dispsuine de Matrimonijs in praesentia Pa-  
 rochi celebrandis in § Qui male uers ubi Parochus  
 et in § Quod si aliquando uers. uel saltem Paro-



cap. Tunc est simili decretum irritans separatim  
adiutum esse. ut in Qualiter quam Gente. Cum  
itaque iam luce clarius constet, totam istius decreti  
vim consistere in publicatione legitima et defi-  
cienti in singulis Parochijs, nec de tali constat; ui-  
deant Illmi Dni nra Provincia Mesnen Epi,  
an sit repetenda publicatio.

Hæc de illis locis in quibus publicatum est illud  
decretum sufficiant; et iam expedita est secunda  
et quarta questio posita in corpore Axiomatis no-  
ni: iam explicanda est quinta questio quæ fuit  
posita sub n.º 1.º. An istud decretum Concilij  
in cap.º De reform. mal. positum publicari expe-  
diat in locis ubi publicatum non est.

Si causas decreti istius Conciliaris de clandestini-  
s matrimonijs exactè considerabimus; facile iu-  
dicabimus an hoc ipsum expediat publicari; ubi  
publicatum non sit. Quæ autem causæ sint varij



uarias afferunt. Primam quidem causam quidam  
 Theologi ex praecipuis mecum hac de re conferentes  
 assererant idy. seris et uehementor expressam  
 esse in ipso decreto Th. Qui malis cum ab Ecclesia  
 Sensus est. Olim ante Concilium non erat necessa-  
 rio ad celebrandum matrimonium assumendus  
 quispiam Sacerdos, sed licuit sine Sacerdote  
 quospiam matrimonium contrahere. Probatur  
 ex eodem decreto ibi Dum priore uxore cum qua  
 clam contraxerat relicta, cum alia palam con-  
 trahunt; et cum ea in perpetuo adulterio uiuit.  
 Huic malis cum ab Ecclia qua de occultis non iu-  
 dicat etc. Sed respondi, non eam causam fuis-  
 se in Concilio consideratam ut adsit Parochus  
 contrahentibus cum duobus uel tribus testibus.  
 Quia iam huic malo recte consuluisse Concilium  
 Lateranense sub Innocentio III agnoscat Synodus  
 Tridentina et ipsius uestigijs insitens decreuit,



tinās denūciationes esse Quibus factis dñs  
eadem procedit ultra. ut ibi Hęc causa moribus  
Polonia accomodari potuit. Quia in regionibus à  
primis fidei Sanctæ Romanæ inuincibilis presentia  
Sacerdotis licet non proprij sed cuiuscumq; require  
bature. Et hoc ipsum seruatur ubiq; hoc nō, ita  
ut cōmuni omnium uniuersalē opinione receptū  
sit nullum matrimonium ualidum esse quod Sa  
cerdos solenni ritu seruato non conulerit. Ideo  
in casibus quibus Parochi conferre ipsi matimo  
nium uolunt: ire ad Schismaticos p̄ius uolunt,  
uel ad Hæreticorum ministros: quam matimo  
nium sine Sacerdote contrahere Cuius opinionis  
rationem: Amulij initium duxime existimo ex  
decreto Euaristi Pape. quod refer hoc 30. q. 5. cap  
p̄ Ille quippe solennitates in omnibus ad am  
plum seruabatur in omnibus Præuincijs huius  
Regni.

Secunda



67.

Secundam causam posuit Martinus Navarvus  
De cland. Deyson. cons. 11. dicendo. Quia finis et cau-  
sa principalis fuit ut matrimonium contrahendū,  
alioquin indissolubile non est, a deo clandestinē ut  
probari non possit et quōd sciretur esse contra-  
ctum sed et hac ratio non satisfacit decreto Con-  
cilij. Nam Grentia Parochi non videtur inducta,  
neq. ad tollendam clandestinitatem: neq. inducen-  
dam probationem; quoniam potuisset plures te-  
stes quam duo vel tres requiri, nec opus erat se  
restringere ad Grentiam Parochi. Ita respondet  
in vna Florentina Matrimonij coram D. Nec-  
csmite d. 1<sup>a</sup> Febr. Anno 1580. Decis. 657. n<sup>o</sup> 1.  
in Nouis. Nec nostra Prouincia Polona ac-  
commodari potest. Apud nos siquidem matrimonia  
in maxima hominum frequentia celebrantur ita ut  
ea de causa non sit nec fuit unquam necessa-  
rium recipere decretum Concilij de clandestinis.

Tertiam



Tertiam causam scripsit idem Nauaricus cons.  
14 ibidem. Et (inquit), matrimonium cum maiori  
aut se contraheretur sed negista ratio uidebitur ac-  
comodata menti Concilij Tridentini nec seruit Pro-  
uincia nra Nam tanta fuit ante Concilium ali-  
cuius Sacerdotis sine scitu proprij Parochi confe-  
rentis matrimonium; sicut ignis Parochi et Pro-  
uincia nra indignum seu seruatur Nam propter  
maior em auctoritatem in matrimonijs contrahendo  
adhibentur à p<sup>re</sup>sentibus Prelati Canonici in-  
gnores et dedignantur contrahere in manibus  
Parochorum suorum. Patet ad sensum Quid igitur  
necesse fuit tanto studio publicationem istam de-  
creui illius Polonis nris ingerere, qui matrimonijs  
suis non Plebanorum sed Præbatorum illustriorum  
auctoritatem adhibere student, ut cum maiori  
auctoritate celebrentur.

Quartam et ultimam causam uirg<sup>is</sup> sentia Parochi



sit adhibenda, sub pena nullitatis, in matrimonijs  
 ita quod sine Parocho contracta ne sponsi alioquin  
 quidem de futuro vim habeant, prout supra dicta  
 Nota decisio his uerebis. Quia tale Sacramen-  
 tum (sicut alia Sacramenta) non debet ab alio  
 celebrari, quam Sacerdotibus. Venim quia non po-  
 terat ab extraneis ratione iurisdictionis: ideo à pro-  
 prio iux. (Territorium. D. De iurisd. omn. iud. Huic  
 rationi non satisfacit equipollens aliud, quam  
 subnexum ab eodem decreto, hoc est ab alio Sacer-  
 dote de licentia proprio. Ita c. ibi.

Cum igitur teneamus rationem et causam finalem decreti  
 Conciliaris iam facile iudicare possumus an expe-  
 diat publicare hoc decretum in locis in quibus nondum  
 est publicatum uel saltim non constat evidentiter  
 publicatum fuisse. Sit primus casus. In quibus  
 locis est et Parochozum frequentia et Hæretici  
 paucissimi expedit certe ut si publicatum non



est publice aut publicatio repetatur ad praesentem superius modum, propter eandem dictae Decisionis rationem; ut Parochianus à dicto Parocho capiat hoc Sacramentum, cui parere in spiritualibus tenetur ratione iurisdictionis ut specialiter Synodus Provincialis committit sub titulo De Parochijs lib. 3. fol. 76 eandem considerans iurisdictionis rationem. Alter casus. In quibus locis est Parochiam paucitas et Haereticorum plures (ut in Lytuania Wolynia Prussia iam non uidebitur ita facile esse publicanda, aut faciendam aut repetendam: sed relinquenda essent matrimonia in antiquo statu, qui ante Concilij publicationem in hoc Regno fuit: ut, ut quilibet Sacerdos secularis licet proprius contrahentium seu alterius contrahentis non sit conferat matrimonium. Ponderanda sunt huius axiomatis efficacissima argumenta. Nam publicatio aut saltem renovatio tali decreto, aut Haereticis matrimoniis



69.

conferent Parochi proprii aut alieni Sacerdotes  
Proprii non licet. Quia Hæretici Catholici, non debent  
miscere connubia cap. 16. Non oportet 16 q. 1. et  
tamen contulerint, ualebit matrimonium non obs-  
tante Hæresi, ut definit Canon 5 sess 24. Non pro-  
prii sponsorum (sed alterius sponsi) Parochi con-  
tulerint; matrimonium non esse ualidum, sed ipso iure  
nullum; certum est, ad id quod ne sponsalium qui-  
dem uis habeat, ut declarauit Sacra Congregatio  
et textus Concilij in cap. 1. §. Insuper De reform.  
mat. sess 24. Quod dicitur de alieno Parocho; idem  
sit dictum de quocumque alio Sacerdote, licentiâ  
à Parocho proprio ad hoc non habente. Nam  
Concilium Tridentinum exprimit illud (de licentiâ)  
ut excluderet alia æquipollentiâ; maxime, cum  
nulla possit dari quæ ita æquipollet in hac ma-  
teria; sicut hoc ipsum (de licentiâ expressa) et  
uidebre sustulisse difficultates quæ quot die

fuisse.



fuissent orta in hoc si agendum erat de equi-  
pollentibus, maximè quando forma hæc sit requi-  
sita ad deducendum factum in esse. Nam  
forma est proprius Parochus, materia consen-  
sus. Ita sunt ipsissima uerba Decretalis 657.  
His sic stantibus necessariò concluditur, inter  
Hæreticos istos, uel Hæreticum et Catholicum, ma-  
trimonium non proprii Parochi aut alienius Sa-  
cerdotis licentiã à Parocho non habentis mati-  
monium non ualere (non est quod sint Hæretici)  
Sed quia contra formam Decreti Conciliani in Pa-  
rochia publicati. Jam ex his consideret unusquisque  
æquus rerum arbiter quid factum sint Hæretici  
ubi filios suos illegitimos decernendos fore sense-  
runt. Nam si talia Hæreticorum matrimonia non  
ualent: certo certius est nec prolem fore legitimam  
ut probat Martinus 1. cons. 199 et 159. Cap. cons.  
540. Audiui aliquando Patavij præceptorem meum



sentientem et disputantem contra Manschij.  
 et Capla Decisiones. Sed quia non est huius loci  
 et temporis hęc disputatio prudens sciensq; omittit  
 tametsi non medicenter in resolutione unius qua-  
 stionis res hęc consistat, nunc cogitandum quid hic  
 timendum sit ex publicationibus istis. Disputabi-  
 ture enim sæpe numero inter nostros de successi-  
 onibus hereditarijs, quibus suspensis remittentur  
 cause ad forum spirituale in quo ab eis decerni  
 non poterit nisi talia matrimonia esse nulla ex quo  
 præiudicio causa hereditatis in foro seculari con-  
 tra filios Hæreticum per sententiam definitur.  
 Quos tumultus? quas turbas? hunc excitabunt co-  
 tra Ep̄s et statum Ecclesiam Hæretici alijq; falsi  
 Catholici? Melius est ergo non publicare in his par-  
 tibus, quam publicando magnorum tumultuum et  
 seditionum occasionem præbere. quoniam occasio omnis  
 prævidenda est et remouenda iux l. 136. D. De Reg



iurè. et facit text' in l. Pen. D. De siccare. l. Si.  
lib. ibi. nisi forte tumultus abire dedit non possit.  
facit text' in §. 1.º vers. Deinde. D. De man. prin.  
Quicunque ista prenderabunt accuratius non facile  
publicaciones istius decreti uel faciendas uel re-  
petendas curabunt tam uehementer ut faciunt;  
non considerantes diuersam esse istius Regni rationem  
ab Hispanie et Italia regionibus in quibus hacten-  
quiet agunt omnia Et hoc illud est inter cetera  
capita ponendum de quibus in receptione Concilij  
Tridentini Anno Dni 1577. die 19. Maij à nostris  
Epis et Nuncijs Capitularibus est protestatum, ma-  
ximè in Sulhmo. Quod si etiam. Hactenus de  
publicatione decreti clandestinitatis in locis qui-  
bus permitti sunt Catholicis Hæretici sequitur  
dicendum An expediat hoc ipsum Decretum pu-  
blicare in locis illis in quibus Per Senè Schisma



lici permitti sunt Catholicis Romani ritus qua-  
les sunt in hoc Regno Provincia Lithuania Ru-  
ssia Wolynia Podlania et alia huiusmodi.

Generali concludendo uideatur esse consendum pro  
parte negativa maxime in locis in quibus ra-  
rissima sunt Catholicorum Ecclia. Nam ualidita-  
tem matrimoniorum alligare ad presentiam Pa-  
rochorum, quorum mira est paucitas, ualde pe-  
riculosum est tam propter Catholicos ipsos quam  
propter Schismaticorum contumaciam et temerita-  
tem. In locis autem in quibus iam publicari  
esse constat expedit publicationem retinere ad re-  
tinentos in istis Catholicos non tam facile conubia  
misceant cum Putsenis Schismaticis ut saepe  
faciunt. Vergebuntur enim timore si senserint  
talia matrimonia irritari posse. Qua in re sen-  
tentiam Nauarri cons. 8. De clandest. desup.  
placuit ascribere, qui scribit his uerbis. In lo-

cis



locis ubi est receptum decretum de clandestinis Con-  
cilijs Tridentini et publicatis facta, et distinguen-  
dum an schismaticus sacerdos habeat Canonica-  
m institutionem. Si enim eam habuit et non ex  
per sententiam declaratus Schismaticus, et pri-  
uatus suo iure uideatur censendum ualidum.  
Sin autem obtinuit institutionem Canonica-  
m negatam uideatur censendum non esse ua-  
lidum matrimonium. Haec resolutio procedit quan-  
do intra eisdem Parochiae fines manent duo Pa-  
rochi alter Romani alter Putsenicus, et  
in Parochia Romana sit publicatum decretum  
de clandestinis. Idem dicendum, si in duabus  
Parochijs sit publicatum et alter sit Putsenicus  
alter Romanus matrimonium contraherent.  
Nam ualebit matrimonium ex decisione Sacrae  
Congreg<sup>is</sup> cuius uerba sunt. Quando contrahi-



tute matrimonium inter uirum qui sit de una  
Parochia et mulierem de altera, sufficit si con-  
trahatur coram proprio Parocho mulieris in pro-  
pria Parochia mulieris, uel coram Parocho uiri  
in Parochia uiri sic Congregatio xvj Decembris  
1574. quod ipsum Gregorius xvj confirmauit con-  
Nauar. in summa n<sup>o</sup> 144. C. 25.

Ultima noni axiomatis questio.

An in eadem Diocesi in quibusdam Paro-  
chijs sit publicatum in quibusdam non. quo-  
modo sit procedendum.

Ne quis de meo addidisse uideatur ipsa Sacra  
Congregationis Ill<sup>mo</sup> non Cardinalium Sacros<sup>si</sup>  
Concilij Tridentini Interpretum uerba assenbe-  
da putauit.

De Matrimonij clandestini inualiditate agitur  
in ijs locis in quibus illud Decretum iam publi-

cahi



causam fuit. Quid de illis locis censendum est  
in quibus sola Episcopi et Parochorum malitia et  
crassa ac supina negligentia non est publicata  
hactenus. Deinde. Quid est faciendum quan-  
do duo clandestine contrahunt aut contraxerunt  
et in unius Parochia fuit publicata hęc Decre-  
tum in alterius non idem in qua contrahunt simul.  
Tertio. Quid faciendum cum his qui post con-  
tractum clandestinum matrimonium id est sine ante  
Concilium sine post: decreto tamen hęc non publicato,  
auctoritate impudentis Episcopi aut ignorantis Paro-  
chi separati fuerunt, et postea cum alijs publice  
contraxerunt nequam sine gravissimo scandalo  
separari possunt.

Ad primum Sacra Congregatio respondit Anno  
1588. Decretum Concilij non obligare si in Paro-  
chia ubi contractum fuit matrimonium nec dum

erat



erat publicatum et 30. dies à die primæ publica-  
tionis nequidum elapsi: quantumvis uel malitia  
uel supina negligentia omisa fuerit huiusmo-  
di publicatis.

Ad Secundum. Idem non obligare decretum  
nuncum in ea Parochia ubi contra hanc publica-  
tionem ut dictum est.

Ad Tertium. Primum Matrimonium esse ua-  
lidum, id est in eos qui primo sprocto ad secundum  
conuolarunt statuendum prout à iure dispositum.

### Axioma ultimum.

Ep̄i et ceteri Prælati seculares et Regulares  
eorumque Capitanei Ecclesiarum bonorum Præfecti,  
si potestate in subditos sibi concessa abutantur;  
non possunt conueniri à subditis, sed quantum  
iure debent ad Capla uel Decanum ex gremio  
Capituli ad hoc deputatum. Capitula autem admo-



nere debent Ep̄s et Prelatos ne permittant sub-  
ditos gravari. Istius suae admonitionis capitula  
lecturum in Synodis Provincialibus fidem face-  
re debent sub pana centum marcicarum, per Ar-  
chiep̄um exigenda: similr̄ et Ep̄i si in executione  
admonitionum negligentes vel remissi fuerint. Si  
autem Decretum non elegerint arbitrio Synodi  
Provincialis puniantur.

Hoc axioma sumitur ex Constitutione Provincialis  
Synodi Petricuien̄ celebrata anno Domini.  
1547. confirmata à Paulo IV. anno 1557. et  
novissime à Gregorio XIII. Pont. Max̄ ut vi-  
dere licet lib. V. Pr̄v̄. cap. 12.

Infertur quod subditi spiritualium non possunt  
citare seu convenire dominos spirituales: sed  
datur officium iudicis argumento S. Sed et  
maior cum S. seq. In Trin. Deysquis sui vel



al. iu. ubi dicitur Nimirum dominorum asperi-  
 tatem in seruos coerceri per iudicis officium.  
 Nec putet quispiam illam Iustiniani Impe-  
 ratoris legem subditis quereim (met somibus hu-  
 ius Provinciae accommodari non posse. Nam ista  
 duo (met et seruus Romanus olim, habent  
 se iure Polonicis, ut excedentia et excessa, imò  
 diligentius intuenti, a quior fuit seruorum illorū  
 conditio iure uerba dicitur Sps. Nobiles nri ius uite  
 et necis impune exercent in subditis suis; sub-  
 stantiam eorum pro suo libitu tollunt et que-  
 cunq; uolunt cum ipsis impune faciunt Et quia cū  
 tali conditione ad Ecclias translatum est eorū  
 dominium: Synodus Provincialis Ep̄s et Pro-  
 latus hortatur tanquam Ecclias dominos ne  
 imitentur seculares, sed meminerint se subdi-  
 torum Eccliarum Patres non Tyrannos: et

melis



melio rem conditionem esse debere subditorum  
Ecclesiarum quam secularium Ex quibus uerbis  
et alijs ad Ep<sup>os</sup> et Capitula directis inferre sub-  
ditis nostris non dari iudicium et actionem co-  
tra dominos Ecclesiasticos, sed iudicis (hoc est  
Synodi Provincialis quod uicem Iudicis susti-  
net) nobile officium iuxta doctrinam Bartoli in l.  
pa d. Expediti n<sup>o</sup> 6. d. De condit<sup>o</sup> ex l. ubi di-  
cit, quod quoties uerba ad partes dirigitur,  
tunc oritur et competit actio. Si uero ad iudi-  
cem datur officium iudicis. Si quis autem  
uelit in specie cognoscere Cemelnum Poloni-  
calium conditiones, legat Statuta Regni Po-  
loniae edita ab Herbortis in usu Regis Sigis-  
mundi Augusti, sub uerbo Cmelno. Et ante  
Herbortum edita à Danno Laski Archiep<sup>o</sup>  
Inesne<sup>o</sup> et Regni Cancellario et ab alijs poste-



rioribus. Legendo consideret Jam si non da-  
 ture colonis acti contra Dominos seculares, cur  
 permittenda est Ecclesiasticis? Nam si dare-  
 tur, facile cresceret, subditorum in sacerdotes  
 eorum dominos in sollicitationibus  
 aucta Nobilium malisq; persuasionibus; deso-  
 laxentur facile oppida et uilla Ecclesiastica,  
 nescientibus Clericis, priusne subditorum re-  
 belliones sint coercenda: an uiciorum rapina  
 bonis Ecclesiasticis illata et fundorum usur-  
 pationes: essent Epi et Clerici suis subditis:  
 huius Nobilitati ludibris et contemptui: deniq;  
 maxima sequerentur absurda.

1 Quia si clerici ad instantiam subditorum in  
 foro spiritali iudicabuntur, etiam Iure Cano-  
 nicis et imperiali de rebus agrarijs et iure  
 rurali decernerentur Paria enim sunt Forum

Sorki.



sortiri et legibus teneri. Innot' et Bul' in  
Pub. De consuet. Archid. in cap. Lupi iure. Di-  
stinct' 9. Decius in cap. Eccl'ia S. Mariae n<sup>o</sup> 6.  
De consuet. Si iure Imperiali et Canonico de-  
cernatur, alterabuntur omnia fere iura Po-  
lonica; quoad publica tributa, currus bellicos,  
operas diurnas et nocturnas, et alias condi-  
tiones bonis immobilibus iuri Polonico terre-  
stri subiectis inherentes.

2 Sequitur praeterea id ipsum ius Imperiale et  
Canonice dicendum esse Nobilibus Polonis,  
qui confinia sua cum illis spiritualium habent;  
quandocumq; inter subditos spiritualium et sa-  
cularium de fundis, de fundorum iniurijs, de  
damnis ruralibus, de abigendis ex agris et re-  
questrandis pro illatis damnis pecudibus oren-  
tue contentiones Appellabunt enim à decre-



his Dominorum Ecclesiarum ad Urbem si quan-  
do pro Puskis Nobilium contra suos Ecclesias  
pronunciauerint.

3. Ecclesiastici nri subditonem suorum iniuriis  
persequuntur coram Iudicibus secularibus  
iure Regni. Quia subditis Ecclesiis non datur  
iure Polonico contra Nobiles Actio, maxime pro  
rebus in loco controverso receptis et pro alijs mul-  
tis de quibus P. Syluski Lib. 4 cap. 10. articulo  
primo Lege. Quando nobilis. Ergo absurdum  
est ut subditus suas contra Dominum suum  
persequatur iure Canonico et Imperiali iniuri-  
as: maxime quod satis ipsorum personis, et re-  
bus prouisum sit per Constitutiones Synodales  
à S. Sede Aplica confirmatas.

Et generale omnis ferè status Politicus,  
mutatis conditionibus colonorum mutaretur

si sub



si subditis Ecclesiis concederetur actio, et  
consequenter appellatio contra suos dominos  
Ecclesiis cum negari non possit Plebem esse in-  
tegralem huius Populi Polonici partem. Sed in  
l. 2. §. 1. D. Si coram pel. et in l. 113. n. 3. D. De reg  
iur.

Postremo quod hac concedenda non sint habe-  
mus expressum textum Iuris Canonici in cap.  
Romana. 3. D. Debet autem De appell. ubi dicitur  
Ab Episcopis in causis quibus temporalem iurisdi-  
ctionem habent de iure debet ad Archiepiscopum  
appellari, nisi forte de consuetudine aut pri-  
uilegio siue iure alio speciali sit appellandum  
ad alium. Et cum constet Ecclesias nostras in  
Regno Poloniae habere ius speciale de quo  
in principio dictum est concedat nolit uelit  
aduersarius optet non in alio foro nisi Sy-



177

nodo Provinciali casus istos esse iudicandos.  
Comprobatur hoc ipsum gloria recepta in capes-  
dem in uerbo Temporalium. dicendo ex senten-  
tia Ioan. And. et Speculatoris Constitutionem  
illam Innocentijs III de qua § Debet autem lo-  
quitur, non recipi in Regno Francia Curia igitur  
in Regno Polonia recipienda sit? An sola Polo-  
nia ad terminos iuris Canonici reducenda est  
omnibus ipsius Regni Ordinationibus, consue-  
tudinibus et priuilegijs abrogatis. Ego uero au-  
sim dicere (absit uerbo inuidia) Maior ratio est  
pro Polonia. Quia nullo unquam tempore ad ta-  
les appellationes obligata fuit. Non iure Pon-  
tificijs: quia is iura specialia Polonis reser-  
uauit; non Imperiali, Quia Imperio Romano  
nunquam pareuit: sicut Galliam paruise con-  
stat et fatetur Alciatus in l. p<sup>a</sup> n<sup>o</sup> 2 (De

sum



sum. Trinit et filat. Certè longe aliud Gre-  
gorius salvet Papa xij. sensit, qui in suo Pri-  
uilegio pro Polonicis cleris in causis criminali-  
bus concernit, agnoscat Ep̄s et Praelatos in  
Polonia ius meri et mixti imperij in suis ec-  
clesiasticis bonis in subditis habere ut expres-  
sius videre est in diplomate ipso sub anno Pi-  
scatoris edito anno D. 1578. die 8 Aprilis.

Nec obstat si dicatur Aliud esse in Emphiteu-  
nibus, aliud in Emphiteutis. Quia Bartoli  
aut Sententiam secutus, respondet. Nullam  
esse differentiam inter Emphiteusim, hinc-  
lum Germaniam, et colonarum contractus de  
quibus Bartolus in l. si finita 15 d. si de  
uechgalib. n. 10. d. De dam infer et in l. pa  
n. 7. c. De iure Emph. Quae sequitur Ioan



OK  
JH



old

Lata veny

Sanguis eius .l

brake may us ay 2 book



